FRANCISCI ANTONII VIVOLI NEAPOLITANI,

PHILOSOPHI, IN ALMO NEAPOLITANO GYMNASIO,

Tertiam partem Logices publice, ac ordinarie profitentis,

QVAESITVM DE MEDIO DEMONSTRATIONIS simpliciter, iuxta Aristotelis, & Auerrois doctrinam, aduersus Arabes, Graecos, & Latinos,

AD ILLVSTREM, ATQVE EXCELLENTEM Ioannem Andream de Curtis, in sacro Regio Consilio totius Regni Neapolitani Praesidem eminentissimum.

NEAPOLI,

In aedibus Decij Lachei. M D LXXIII.

ILLVSTRI, ATQVE EXCELLENTI VIRO, IOANNI ANDREAE DE CVRTIS,

IVRIS VTRIVSQVE DICTATORI SEVERISSIMO, ac in sacro Regio Consilio totius Regni Neapolitani Præsidi eminentissimo

FRANCISCVS ANTONIVS VIVOLVS NEAPOLITANVS

AETERNAM FELICITATEM.

VANTO ex desiderio iam diu laborauerim, Illustris, atque excellens Preses, aliquid inueniendi, quo meum in te beneuolentiss. animum ostenderem, hinc existimare potes, quòd & si in utraque Philosophia occupatus, & Logice publicè explicanda, nihil ferme ocij haberem: quasdam tamen lucubrationes edere sum conatus, quibus & mihi satisfacere, & tibi optimarum rerum contemplationi, ac ueritatis inquisitioni dedito (nosti enim proprium hominum finem, ad quem diligentissime contendis) me gratificaturum spero. Nouum enim opus aggressus sum, haud ad hunc diem exactè tractatum, quo parum abfuit, quin ab instituto destiterim, difficultate quæstionis, quæ ab Auerroe in commentarijs de medio demonstrationis inscribitur, deterritus, ac nulla ueritatis determinatione. nullus enim est interpres nec Græcus, nec Arabs, nec Latinus, qui sibi in ea quæstione satis constet, licet Auerroes, a quo ne latum quidem unguem a puero discessi, minime a ueritatis scopo deerret, sed quia suo more eam obscuris uerbis inuoluit, profecto egebat dilucida interpretatione. Itaque uicit tandem ardor animi, & officij mei, quo te, uirtutum exemplar, ueneror, omnem laborem, difficultatem, formidinem; immo uero facilitatem quandam interpretandi præbuit. Quod cum ex uoto successerit, uolui, iuris dictator seuerissime, publice, priuateq; huiusmodi Theorema, ne me communis philautia falleret, perscrutari, quod cum diligentissime perfecissem, auditores mei uniuersi, Theorema ipsum ut ederé, sæpe sunt obtestati: quorum honestis crebrisque petitionibus satisfacere operæpretium putaui, ac tibi uir clarissime, cuius authoritate, uirtute, ac potentia, quibusdam quasi luminibus ad opus efficiendum ductus, & raptus sum, dedico. Tu enim iuris consultissime unus occurristi, qui tua eminentia, rerum gestarum claritate, sapientia, atque humanitate lucubrationes nostras, tuo nomini dicatas tueri, & illustrare & possis, & uelis. O ego uirtutes, ac laudes tuas planè innumerabiles possem enumerare, sed quoniam ne summi quidem Oratores ualerent eas explicare, intactas relinquam, satis ipsæ pro se in utraque Hesperia sunt uulgatissimæ, atque inuectiss. Regi nostro carissimæ, & iucundissimæ. in hoc autem Regno Neapolitano, ubi ante oculos populorum omnium uersantur, de uirtutibus, atque laudibus tuis nulla unquam conticesset ętas. Tuam erga Deum pietatem, tuam erga Regem fidem, tuam in regendis populis integritatem, sapientiam, iustitiam, uigilantiam omnis posterorum memoria celebrabit. Quandoquidem ita te geris (ò sapientiam singularem ac prope diuinam) ut a te uno prorsus omnes digressi, nunquam possint merito expostulare. Hinc es Deo & Cęsari gratiosissimus. Hinc solus Propheta acceptus in patria. Hinc omnium ordinum uiris es gratissimus. Hinc te omnes merito quidé tuo reuerentur, & quasi numen aliquod uenerantur. Quare nó immerito ad summos honores, magistratus, & potestates potétissimas es euectus, & ad feliciores ultro effereris. Quo fit, ut sub hac tua potenti dextera munitissimus exeat in mediũ libellus hic meus, dedicatus profecto amplissimo, & illustri nomini tuo, ea ratione, ut cum non minus Philosophorum fautor, quam iuris defensor acerrimus sis, & in omnibus causis, ac patrocinijs iudex unus existas, sic etiam in hac perardua quæstione, contra iniquos oblatratores, qui, te duce, erunt, ut musca contra leonem, protector sis, patronus, & Mœcenas optimus. Cæterum accipe hoc uel minimum obseruantiæ meæ pignus, quod iam diu tibi debeo, ex maximis beneficijs, quæ ex tua mellifiua probitate, ac iustitia, ipsius rei ueritate bene inspecta, in Ascanium Viuolum, fratrem meum per te uiuum, Iudex ęquissime, relucere libenti animo, atque eo libentiori, quo pro axiomate dignum militari honore, ut spero, apud hunc alterum iuniorem Scipiõnem contra Turcas uexillifer factus frater ipse pręstabit. Tuus erit honos, & gloria, a quorum splendore hæc immortalia insignia profluunt. Vale Pater Patriæ, & legum columen firmissimum.

FRANCISCI ANTONII
VIVOLI NEAPOLITANI,

LOGICAM, AC PHILOSOPHIAM PROFITENTIS,

QVÆSITVM DE MEDIO DEMONSTRATIONIS SIMPLICITER,

PRAEFATIO.

AGNVS ille Peripateticorum Princeps Aristoteles in 18. particula problematum problemate 2. quærens ait, Cur contentiosa disputatio ingenia exercere possit? Soluens dicit. An q in eo disputandi genere accidit, ut crebro quis aut uincat, aut uincatur, protinus ergo contentiosus hinc homo redditur, quando uel uincendo per lætitiam magis magisq; adducitur, ut in contendendo perseueret, uel uictus enititur, ut quod amisit, recuperet. Vt ergo scholares ad inuicem disputationem, aggrediãtur, & in disputando alter uictus, alter uictor magis magisque eorum animum inflamment ad studium & in dies literaria corona coronentur. Nam sententia est Arist. 1. ethi. c. 10. in olympia non optimi, & fortissimi, sed qui certant coronantur. Verum Arist. 2. ethic. c. 1. Ex similibus actibus habitus fiunt. ac 3. ethic. c. 8. asserebat. Quales sunt actus cuiuscunque talis tandem & ipse euadit. Et quoniã nemo nam sapiens est, ut 6. ethi. c. 13. 2. top. 42. Hanc igitur ob causam hoc perdifficile quæsitum examinandum suscipere uolui, ut nostri studentes solita qua solent corona coronari coronẽtur, & in disputationibus se exerceant, ut in disputando disputantes fiant, iuxta præceptum Arist. in 2. ethic. c. 1. Quæ enim oportet post quam didicerimus facere, ea faciendo addiscimus, ceu fabricando fabri, & cytharam pulsando cytharedi, sic iusta agendo iusti, & modesta modesti, & fortes fortia efficiuntur. Et quoniam Arist. artem imitari naturam non solum 2. phy. 22. 79. sed 4. meteo. 28. edocuit, & cum mirabilis in natura reperiatur ordo, ueluti Arist. in 2. de gene. anim. c. 4. reliquit dicens. Perinde enim natura, atque pater familias prudens nihil admittere solet. ex quo facere aliquid commodi possit dispensatur autem in cura rei familiaris ita, ut cibus optimus detur liberis, deterior seruis uilissimus socijs animalibus. Immo in 8. phy. dicebat tex. 15. Nihil eorum, quæ natura constant. inordinatum est. Natura enim causa ordinis est omnibus. illud enim quod est causa ordinis, est dignius ordine, nisi raro fit extra ordinem casualiter, ut Auer. in com. ac Arist. in 2. de gene. & cor. 57. dixit omnium est ordo, clarius 12. met. 52. d. Cuncta autem coordinata quodam modo sunt, uerum non similiter & natantia & uolatilia & plantæ. quod Auer. 12. met. 52. & 44. dixit omnia, quę sunt sub primo principio, non æqualiter habent ordinem, hæc enim quidem perfectum habent ordinem, ita quod nihil admiscetur eis per accidens sic est de corporibus cælestibus, hæc enim inuenitur in eis priuatio ordinis per accidens, & sunt ea, quæ sunt sub corporibus cęlest. quod memorans Arist. 1. de part. anim. c. ult. dixit ordo enim, & ratus certusque status longe magis in rebus patet cælestibus quàm in nobis: quod Auer. retulit 2. phy. 83. ordo in animalibus magis est, quam in uegetabilibus, ac de ordine loquens Arist. 3. cæli 24. exarauit. Inordinatio nihil est aliud, quàm quod præter naturam, ordo enim est pròpria sensibilium natura, uerum etiam Arist. 1. de part. anim. c. 1. ubi dicebat. quapropter membra non sine ordine oriuntur, sed primum hoc, deinde illud, atque in hunc modum omnia, quæ natura constant, disponuntur, quod in 2. de gene. anim. c. 4. firmans, ac Hippocrates in libro de natura fætus. Fit autem primo principium, quod in sanguineo genere cor est, in cæteris proportionale, idque effici primum non modo sensu percipitur, sed etiam, quod per obitum uita hic ultimo deficit euenit nanque in omnibus, ut quod ultimum fit, id primum, deficiat, & quod primum id ultimum, & Auer. de ordine loquens in lib. de memoria, & reminiscentia in paraphrasi c. 2. necesse est ut imaginans sit in orizonte anteriori cerebri, deinde cogitans sit in medio, deinde memorans & conseruans in posteriori cerebri, in 3. de anima 6. dicebat, quod in primo posuit sensum communem, deinde uirtutem imaginatiuã deinde cogitatiuam, & postea rememoratiuam, & hoc probat Auer. dicens, & hoc notum est sensui, cum enim complexio anterioris cerebri lędetur, statim lædetur imaginatio illius hominis, & remanet cogitatio. & rememoratio secundum suum modum, & cum medium fuerit lęsum, lædetur cogitatio, & cum posterius memoria, & ideo manifesti sunt quinq; ordines, quorum primus est corporalis magni corticis, & est forma sensibilis extra animam. Secundus autem est, esse istius formæ in sensu communi, & est primus ordinum spiritualium. Tertius est esse eius in uirtute imaginatiua, & est magis spiritualis. Quartus est in uirtute distintiua. Quintus autem est esse eius in uirtute rememoratiua, & est

Primum problema. magis spiritualis, unde duo pulcherrima absoluuntur problemata, & primum est. ¶ Unde est quod ho
Solutio. mo imaginando erigit caput sursum siue uersus cœlum? ¶ Soluitur, quoniam imaginatio est in anterio-
ri parte cerebri, ideo erigitur sursum, ut cellulę imaginationis aperiantur, & ut spiritus animalis concur
Secundū problema. rendo facere possit imaginationem. ¶ Secundum est, quare homo cogitans, & recogitans de præteritis
Solutio. caput suum inclinat ad terram? ¶ Soluitur, quia occiput sedes est memoriæ; ergo erigitur uersus cœlū
tum caput inclinatur ad terram, & sic aperiunt illa cellula, ut spiritus animales perficientes memoriam
intrent: de ordine loquens Auer. in tractatu de beatitudine animę c. 1. ait. Nam manifestum est omnia
entia sub tribus speciebus comprehendi. Una est materia infima, & quę ex ea generantur, & illa quidē
ignobilior est in gradu, & loco. Et super istam in gradu, & loco est species corporum sphæricorum,
quorū semper est fixa forma, & stabilis in suis materijs, ita quod dicuntur materia, & forma in illis, &
generabilibus ex materia infima æquiuocę. Et super illa est unus gradus supremus, & gloriosus, qui uo
catur gradus intellectuum abstractorum, qui uerę sunt formæ dantes perfectionem, non existentes in
subiecto. Quem ordinem sequens Arist. in uirtutibus animæ asserit, animæ uirtutes esse tres tali ordi-
ne ordinatas: Primo quidem uegetatiua, 2. de anima 27. Secundo sensitiua, de gen. anim c. 3. Tertio
intellectiua, ut ibidem, cuius uegetatiuæ tres ait esse potentias, nutritiuam, generatiuam, & augmentati
uam. Nutritiua enim primo data est uiuentibus ad conseruationem indiuidui 1. de gen. & cor. 38, si-
militer generatiua data est uiuentibus, ut perpetuentur in specie, quia secundum indiuiduum perpetua
ri non possunt 2. de anima 34. 1. cœli 98. & 2. de ge. & cor. 59. & 2. de gen. ani. c. 1. ubi d. Auer. solli-
citudo enim diuina, cum non potuerit facere ipsum permanere secundum indiuiduum, miserta est in
dando ei uirtutem, qua potest permanere in specie. secundo data est sensitiua animalibus ad salutem, ut
per sensus euitarent impedimenta. Auer. 12. met. 36. & in libro de sensu & sensato c. 1. Tertio, data
est anima intellectiua, qua homo est. Aristoteles 2. de gen. anim. c. 3. non enim simul fit & animal,
& equus & animal, & homo: ordinem a natura seruari manifeste quoque apparet. Videmus enim
partus animalium omnium fieri capite præcedente, ut Arist. 4. de gener. anim. c. 9. scribit, red-
dens causam Auer. dicit, quoniam talis pars, quæ est caput, est nobilior, seu grauior, ex quo su-
mitur causa, quare pueri semper cadunt super terrā fronte pręcedente, & quatuor pedibus hoc est cur
uè gradiuntur, ut Auer. 2. de part. anim. cap. 7. dicens, & ideo infantes in suo initio habent cerebrū
ualde humidum, sed post aliquos annos, in quibus calor suo robore exiccauit aliquid de ipso, iam puer
erectus graditur, eiusque corpus erigitur, & rectæ efficitur staturæ, inter omnia animalia, cum tamen
prius non esset. Seruatur etiam ordo in corporibus cęlestibus, globum enim istum appellamus mun-
dum, cuius prima exterior pars est cælum stellatum 2. est cælum Saturni 3, Iouis 4. Martis 5. Solis 6.
Veneris 7. Mercurij 8. Lunæ. & hic finiuntur cælestia, & incipiūt sublunaria; Nona est sphera ignis,
qui inter elementa primo collocatur, ut Arist. 1. meteo. cap. 2. 10. aeris, qui secundo loco situatur in-
ter elementa. 2. de gen. & corrupt. 16. & in libro de elementorum proprietatibus 11. Aquæ 12. ter
ræ, quæ inter elementa est ultima 1. meteo. cap. 2. & 2. de gen. & cor. 16. substans enim elementū
dicimus terram (ait Arist.) & Nota quod sicut datur ordo loci horum corporum, datur etiam ordo per-
fectionis, & sunt 7. gradus perfectionis. In primo quidem ordine sunt corpora cælestia ordinata, ut
præordinata sunt: in 2. sunt homines: in 3. sunt bruta, in 4. sunt plantæ, in 5. mineralia, ut aurum, &
argentum, plumbum, sulphur, sal, lapides pretiosi; in 6. sunt metheorica, ut inflammationes, uenti,
pluuia, grando, ros, pruina: in 7 sunt elementa ordinata, ut diximus: & dicit Arist. 4. phys. 46. &
ob hoc terra quidem in aqua est, hæc uero in aere, hic autem in æthere, & æther in cælo, cælum autem
non amplius in alio est, ac de ordine loquens Arist. 2. de part. anim. cap. 1. dicit quod naturalis compo
sitio est triplex. Prima statui potest ea, quæ ex primordijs conficitur ijs, quæ nonnulli elementa ap-
pellant, terram dico, aquam, aerem, ignem 2. constitutio est ex primis illis, natura similarium partium
in animalibus est, ut ossis, ut carnis 3. partium dissimilarium est, ut facies, manus. Ex quibus ergo om-
nibus dignoscere poteris quanta sit regularitas, & ordinatio, seruata a natura in rebus ab ipsa produ-
ctis. Hinc quidem Galenus 4. assignans figuram naturæ, ordinem non seruauit, ab Auer. damnatur,
Dubitatio. & non immerito: quoniam ubi non est ordo naturæ, non est distinctio, sed confusio. ¶ Sed hic dubi
tatur, nam substantia est producta a natura. & tamen Arist. 7. met. 43. asserit, quod in substantia non
Solutio 1. est ordo. ¶ Soluitur, quod in natura non reperiri ordinem stat duobus modis, uno modo, ut plurimum.
Alio modo aliquando, raro, & per accidens, tunc dicendum, quod in substantia non est ordo, intelligitur
raro, non autem, ut plurimum, ut dicebat Auer. 8. phys. 15. in pluribus in natura est ordo, sed raro ca
Solutio 2. sualiter res quædam sunt extra ordinem. ¶ Vel aliter dicendum, ut latini quod Arist. ibi non intelligit de
substantia naturali, sed intelligit definitionem q. d. Arist. quod in substantia, idest, in definitione substā-
tiali, non est ordo, quoniam non refert in diffinitione differentias præponere, & postponere. uel dicē-
dum & melius, quod cum in composito non sit nisi una forma substantialis, in illa non datur ordo quia est

una

una tantum, nam ordo reperitur inter prius, & posterius 5.met.16. & inter plura, cum ergo forma sit una merito dicit Arist. in substantia, idest, in forma substantiali una, quæ est in composito non est ordo, & hæc est melior & propria tex. Arist. expositio, & dub. solutio. Et quoniam in omnibus rebus naturalibus semper ordo seruatur merito quidem, & in arte ipsum obseruandum fore existimo, & ut (artifex) ipsum sequar, ne a natura exitum faciam, nam ordinis carentiæ diffinitio est exitus a uia naturæ, & rei ordinatæ diffinitio est, ut inueniatur secundum uiam naturæ, ut Auer. 3. cæli in paraphrasi in summa 3. contradictione 3. cap. 2. & 1. post. 56. & 2. post. 94. & q. 4. post. tunc artes, & scientiæ sunt ueræ, quando sunt conformes operi naturæ, clarius 1. cæli 2. tex, & ars, licet sint res uoluntariæ dum ueræ ponuntur, insequuntur naturam, & opus eius, cum ergo nos artifices simus, & ut periti munere fungamur, ordinati esse conabimur, tanto magis quia habemus naturam habendi ordinem, ut Auer. 3. cæli 22. ordinem impossibile est recipere, quod habet naturam carendi ordine, semper ergo peripateticorum uestigia, & naturæ placita insectantes, eoque magis uenit a nobis ordo obseruandus, quia ordinem habentia de facili sunt reminiscibilia, teste Arist. in lib. de memo. & reminiscentia cap. 3. & quoniam inter naturæ tantopere optata maximum inest omnibus desiderium, quod est scire (ut ait Arist. 1. met. cap. 1. Omnes homines natura scire desiderant) & cum hoc scire sit finis demonst. 1. priorum cap. 1. & 1. post. 7. qui finis 3. ethic. 6. non potest acquiri, nisi per media ad finem, & qualis & quantus est finis, tale, & tantum debet esse medium, per quod acquirimus illum finem, ut habetur in cap. de qual. fac. demon. quo quidem medio indigemus, quoniam seruamus naturam, quæ in suis operibus non facit saltum, nec progreditur de extremo ad extremum, sine medio, ut sæpe Arist. ut 5. de gen. anim. cap. 1. reliquit. Quapropter uidere oportet, quod nanque sit hoc medium, per quod tantum & talem finem habemus, nempe scire ipsum, quo quidē medio perempto, & demonst. omnino perimetur 1. post. 81. quo ignorato, & demonst. quoque ignorabitur, eoque habito, & diligenter acquisito, illa in nobis resultat scientia, quæ ipsum felicitat hominem (ut Auer. in 3. q. post.) felicitatem humanam nullo alio modo posse comparari, nisi tali medio. In quo quidē perquirendo hunc seruabimus, ordinem. Primo examinabimus an hoc medium debeat moneri sub titulo definitionis, an sub titulo causæ. Secundo si debet moneri sub nomine causæ, & non definitionis, quænam causa debet esse: an materia, an finis, an efficiens, an forma. Tertio si aliqua causa erit medium, cuius debet esse causa? non potest esse causa suimet, neque aliquod potest causare se ipsum, neque potest se ipsum mouere, ut dicit Arist. in libro de motu anim. cap. 3. præsistere enim oportet, mouens ei, quod mouetur, & generans ei quod generatur ipsum autē se ipso prius nullum est, ex quo nihil potest mouere, neque generare se ipsum 2. de anima 47. ergo medium si est causa, oportet ut alterius sit causa, sed cum in demonst. præter medium nihil aliud est, nisi maius extremum, & minus extremū, & quoniam 1. priorum cap. 5. & 1. post. 8. omnis demonst. est syllogis. qui ex tribus terminis tantum cōstituitur 1. post. 26. 76. 57. 134. & 1. priorū cap. de 1. 2. & 3. figuris. Hic oritur dubiū, cū mediū sit causa non sui, sed alterius, si alterius non nisi alicuius, aut utriusque extremi, cuiusnam extremi minoris, idest subiecti, an maioris, idest prædicati? In his ergo examinandis, ut clare & distincte procedatur, illo tamen aspirante, a quo cœlum, & tota natura dependet, talem sequemur ordinem. Primo aliorum opiniones transigemus, quæ uera uidebuntur approbantes, quæ falsa nullius auctoritate conuicti confutanter 2. uera Arist. & Auer. opinio examinabitur, & cum demonst. rationibus dicetur 3. aliorum opiniones, & suas rationes radicitus euellemus. In hoc tamen protestor, si aliquorum dicta recusabo, sciant quæso omnes, non odio, si uero aliquorū dicta ut uera laudabo, non amore, iuxta Auer. præceptum 1. cæli 101. Disputatio debet esse remota ab odio, & amore, quoniam amor & odium est maxima causa diuersitatis, immo pro defensione ueritatis etiam propria impugnare oportet nam cum ambo sint amici pium est ueritatem in honore præferre ut Arist. 1. ethic. cap. 7. ac Auer. in lib. destruct. in prol. dixit, cum in cunctis rebus ab intellectuali uirtute desiderandis naturaliter, & præcipue charior, dulcior ac dilectior sit ueritas tenemur igitur eam semper attente, & feruide efficaciusq; meditari potest obtinere, suosque hostes eam prauiter litigantes se uere percipi, ac ei obijcientes cum uarijs dispendijs ipsam seducere s pertractantesque uisceribus ardentibus interimere conamur. Itaque ueritas sibique inter omnia obstacula uigeat, & præualeat, ac etiam Arist. in 2. met. 1. speculatio ueritatis. partim difficilis, partim facilis, signum autem q; neque satis eam aliquis consequitur, neque aberrant omnes ab ea, quod confirmans Auer. 2. met. 15. natura philosophi est, quærere maximā perscrutationem ob studium ueritatis. Sed quoniam in hoc arduo quæsito uarię reperiuntur opiniones: ideo imitabor Arist. 4. met. 18. in rebus, in quibus homo habet opinionem, & existimationem debet inquirere certitudinem, sicut infirmus sanitatem. Vnde si licet dispositiones corporeas intellectus dispositionibus comparare, non immerito dicetur, q; sicut medici in corpore humano tres ponunt dispositiones. s. Sanitatem, ęgritudinem, & neutralitatem, sic scientia certa apud intellectum, est sicut sanitas in corpore,

Ordo procedendi in quæsito.

re, quia est eius perfectio. Omnes enim homines natura scire desiderant 1. met. cap. 1. in prol. ignorantia autem prauæ dispositionis est sicuti ægritudo in corpore; opinio uero qua intellectus cognoscit cum formidine est ueluti neutralitas in corpore, quam ergo ueritatem sic omnibus præferendam esse censeo sicut existentia non existentibus, animata inanimatis, uiuentia non uiuentibus ut in 2. de gen. anim. c. 1. 2. de gen. & cor. 59. Arist. intelligentia non intelligentibus, necessaria possibilibus, agentia patiētibus, iusta iniustis, immortalia mortalibus, incorruptibilia corruptibilibus, & beata miseris præferenda iudicamus ex Arist 8. phys. 75. si uero aliquorum dictis contradicam, quisque certus sit ꝙ non gratis, temerarium enim esset, & signum petulantiæ, sed prius causa inspecta iuxta dogma Arist. 2. cæli 34. & in lib. de iuuentute, & senectute cap. 4. eoque magis quia nos non discedimus in contradicendo, nisi pro defensione ueritatis, sicut philosophum decet, tamen non propria auctoritate, sed demonst. rationibus, ac Arist. & Auer. apertissimis sententijs. In hoc tamen omnes oratos uelim, ut nemo sit qui de numero locorum, & auctoritatum multitudine audeat arguere, ac etiam lectores quæso omnes, ut potissimum quærant, quid scribam, non quomodo scribam, nec mirum id uobis uideatur, ꝙ in his examinandis quæst. loca recenseam id enim primū studentiū utilitatis gratia, deinde ut constet, id uerū esse, quod multoties sum uobis dicere assuetus eoqꝫ magis quia ueritatis inuestigator esse conabor, inquit enim Auer. in 4. colliget c. 9. multoties homo per cribum immensam arenæ quantitatem uentilādo rimatur, ut inueniat paruam gemmam, non aliter per uarias atque plures auctoritates, ueritatē tanquam gemmam inuenire enitar, hæc ergo de ordine dixisse satis.

Dubitatio. *¶ Sed dubitabis. Unde est ꝙ in singulis quæsitis dilucidandis. Primo aliorum opiniones referuntur, deinde propriæ & ueræ recitantur?*

Solutio. *¶ Soluit Auer. 4. phys. 3. & 51. 3. met. 1. & 2. de anima 136. 1. cæli 85. 2. post. 36. dicens ꝙ cōsuetudo est Arist. quando de aliquo quæsito difficilis cognitionis uult inquirere ueritatem, primo aliorum probabiles adducere opiniones: deinde ueras atque demonst. quam consuetudinē in omni quæsito inuestigando Arist. seruat maxime 1. post. 18. usque ad 21. circa scire negatum & affirmatum ab antiquis & 2. post. a tex. 9. usque 19. an idem secundum idem sciatur demonst & definitione 1. phys. disputans de rerum naturalium principijs, similiter 2. phys. cap. de casu & fortuna ac 4. phys. de loco & uacuo & tempore, in 8. phys. de æternitate motus, & in libro de cælo & de gen. & corrup. & in libro de anima. Nos autem Arist. imitantes talem sequemur ordinē unde dicebat Auer. in prol. 1. post. ꝙ melius est in scrutinio ignoti præponi, & scrutari de illo dialectice, deinde succedat de illo scrutinium demonstratiuum.*

Dubitatio. *¶ Sed dices, licet consuetudo semper seruata sit ab Arist. primo aliorum inferre opiniones, deinde proprias & ueras, uellē scire quam ob causam talis consuetudo semper seruatur?*

Solutio. *¶ Soluit Auer. in 4. quæsito post. dicens quod sermones topici sunt præuij ad sermones demonstrat. quia sunt priores secundum nostram notitiam; unde fiat ratio soluens dubium Arist. 1. phys. 4. 57. & 3. phys. 2. 1. de par. animal. cap. 1. Auer. in epit. log. cap. 1. & 1. colliget cap. 1. 7. met. 10. 2. de anima 12. 6. met. 1. & 1. phys. in prolog. 1. post. in prologo notiora debent præcedere minus nota 2. de gener. & corrup. 51. & 1. ethic. cap. 5. sed sermones topici, seu aliorum opiniones sunt notiores sermonibus, ueris, & demonstratiuis opinionibus, ergo debent præcedere.*

Dubitatio. *¶ Sed dices, omnis scientia debet inquiri & haberi ex medijs ueris, & demon. 1. post. 9. & 67. & 2. de gen. ani. c. 6. non apparentibus atque topicis quia non sunt sufficiētia talia media ad scientiam inquirendam, modo si Arist. uult de aliquo quæsito sciētiam indagare deberet uti medijs ueris, & demon. non autem apparētibus atque probabilibus, ex quo sequitur ꝙ Arist. in perscrutandis quæsitis non deberet primo aliorum probabiles inferre opiniones, sed demon. atque ueras.*

Confirmatio. *Et hoc confirmatur nam ex fine præcognito ordine resolutiuo inueniuntur media, per quæ acquirimus illum finem, nam qualis, & quanta est res scienda, talis, & tanta est scientia de illa re, & qualis, & quanta est scientia, tale, & tantum debet esse medium, per quod acquirimus illam scientiam, ut Auer. in e. de quali. fac. dem. cum ergo res inquirenda sit uera & demon. ergo scientia debet esse uera, & demon. & quoniam scientia consequitur medium, ut 1. post. 44. 23. conclusio necessaria, ergo præmissæ necessariæ, ergo media debēt esse uera & demon. non topica, non probabilia, non apparentia, uidetur ergo ordinem ab Arist. seruatum non esse scientificum.*

Solutio. *¶ Soluitur, uerum est sciendum ꝙ ait. Arist. 6. ethi. c. 3. ꝙ ex fine præcognito non solum inueniuntur illa media, quæ sunt necessaria ad finem, sed etiam illa, quæ facilius, & commodius conducunt nos ad finem, dicendum ergo ꝙ licet sermones probabiles, non sint uera media ad finem scilicet scientiam, tamen quia per eos facilius atqꝫ commodius uanciscimur talem finem, nempe scientiam, licet non immediatè, ideo tales topici, & probabiles sermones debent præcedere ueros, & demon.*

Dubitatio. *¶ Sed dices, quòd consuetudo est Arist. potius econtra, nam 1. cæli 2. & 22. dicit Auer. consuetudo Arist. est post rationes certas ueras, & demon. ducere rōnes famosas topicas, ergo falsa solutio, & quod peius uidetur Auer. sibi contradictorius, quod affirmans 1. de ani. 65. dixit ꝙ consuetudo est Arist. inducere sermones sufficientes aut post demon. aut in locis in quibus non potest inducere sermones demon.*

Solutio. *¶ Soluitur & nota quòd*

quod utrunque dictum est uerum ueluti Auer. so ipsum exponendo dixit in 1. cæli 85. q sermones
probabiles bifariam possunt usitari, uel ad exercendum intellectum, uel ad confirmandum. dicendum
ergo q quando usitantur ad exercendum intellectum, tunc debent præcedere, quando uero ad confir
mandum tunc debent sequi, & sic Auer. remouetur a contradictione, & soluitur dubitatio. Vnde
uult Auer. q tres ob causas debemus uti rationibus logicis, seu apparentibus opinionibus. prima qui
dem est ad ingenij exercitationem, ut 1. cæli 85. 2. est ad confirmandum, ueluti 8. physic. 42. 3. est, ob
inopiam demonstrationum. i. dum caremus demonstratiuis rationibus, ut 1. de anima 65. & ut hoc ue
rum esse apppareat, Arist. 1. top. cap. 2. faciens mentionem de utilitate, quæ prouenit ex dialictica
dixit, dialecticam esse utilem ad tria, ad exercitationes, ad colloquia, & ad eas quæ secundum philo-
sophiam sunt, disciplinas. Ex his ergo omnibus iam patet, quando topici sermones debent præcedere,
& quando debent subsequi demonstratiuos. ¶ Sed dubitatur quomodo est possibile, si sermones de- Dubitatio.
monstratiui confirmant ueritatē tanta, & tali cōfirmatione, qua maior dari non potest, est enim scien-
tia demon. certa, impermutabilis, firma, uera, necessaria, quæ quidem non datur certior, firmior, ue-
rior, immo est clauis in certitudine, & firmitate, quomodo ergo dicit Auer. 1. cæli 85. q topici, & dia
lectici sermones adducuntur post demon. ad confirmandum? ¶ Soluitur q dialectici sermones con- Solutio.
firmant quod demonstratum est, non certificando illud, quia non indiget maiori certitudine, sed con-
firmant complementū disputationis, & hoc est id quod dicunt Græci consolari, quod manifestat Auer.
1. cæli 22. & sic dicimus q rationes logicæ confirmant. i. consolantur ueritatē, quæ per demon. fuit uo
tificata, & non addunt perfectionem, neque confirmationem, neque certitudinem maiorem rei demon
stratæ. ¶ Adhuc interrogabis dicens, quomodo est melius & commodius ad habendum scientiam Interrogatio.
prius falsas, & probabiles opiniones adducere? ¶ Soluit Auer. 3. met. 1. dicens, q opiniones falsæ Solutio.
sunt quasi uincula ad ueritatem, quæ prius dissolutæ commodiorem, atque faciliorem exhibent aditum
& uiā ad acquirendam scientiam & ueritatem. ¶ Vel aliter dicendum ex Arist. 2. met. 2. non solū Al. Solutio.
illis agendæ sunt gratiæ, quorū opinionibus qs acquiescet, sed illis, qui superficie tenus dixerunt. confe
runt enim aliquid etiam isti, habitum namque nostrū exercuerunt. si enim Timotheus non fuisset mul
tum melodiæ nequaquam habuissemus, si tamen Phrinis nō extitisset ne Timotheus quidem, simili mo
do, & de illis, qui de ueritate asseruerunt, a quibusdā enim aliquas accepimus opiniones: quidam uero
ut hi fierent, causa fuerunt. ¶ Sed dices quænam scientia est nobilior melior, atque excellentior, num Dubitatio:
illa, quæ habetur per media topica & probabilia, an illa quæ habetur per media uera, & demonstrati-
ua? ¶ Soluitur, q scientia demon. in nobilitate, excellentia & perfectione excedit illam, quæ acqui- Solutio.
ritur per media top. sed hic not. q sicut dicimus; q scientia demonstratiua superat top. in nobilitate, &
omni excellentia, sic asserimus quoque nobis non contradicendo, quòd scientia topica est nobilior at-
que excellentior scientia demon. ex quibus duæ excipiuntur conclusiones, quæ defendi possunt, & pro Duę conclu-
intelligentia est notandum, q perfectio & nobilitas scientiæ attenditur penes nobilitatem & perfectio dones defen-
nem subiecti, ut quanto unum subiectum est nobilius altero, tanto scientiæ est nobilior sciētia ut 1. post. duntur.
178. Auer. in epit. log. cap. de qual. fac. demon. & in lib. de repub. Pla. tra. 1. & in epit. met. tract.
1. & 11. met. cap. 3. ac 1. de an. 1. 6. met. 2. & ult. 8. top. cap. 2. ubi asserit, ut quoniā scientia est
scientia melior, aut quia certior est aut quia de melioribus, immo Arist. laudans philosophiā esse no-
biliorem medicina dicebat q istæ duæ scientiæ sunt sorores, & alteram per alteram describebat. dicit
enim medicinam esse corporis philosophiam, atque philosophiam esse animi medicinam. Nam ut in-
quit diuinus Boet. in 4. de consolatione philosophica, animorum salus, quid est nisi uirtus, & ægritudo
quid est nisi uitiū, immo Arist. 3. ethic. 17. quanto anima præstantior corpore, tanto philosophia, quæ
instituit animum præstantior est medicina, quæ instituit corpus. Vnde Arist. 6. met. 2. scientiæ omnes
licet sint nobiles, scientia tamen de Deo est nobilior omnibus, quia subiectum eius est nobilius omnibus
subiectis, unde dicimus q de una, & eadem re potest haberi duplex scientia top. & demonstratiua,
nulli dubium est, quod scientia demon. est nobilior, top. si uero de rebus æternis etiam habetur utraq;
scientia, adhuc non dubitamus, q in talibus scientia demonstratiua est nobilior top. adeo q siue in cor-
ruptibilibus, siue in æternis semper scientia demonstratiua erit nobilior scientia top. si uero facimus
comparationem inter scientiam demonstratiuam, quæ habetur de corruptibilibus, & top. quæ habetur
de æternis, est tenendum, q scientia top. de rebus æternis est nobilior demonstratiua de rebus corrupti
bilibus, quia res ęternæ sunt nobiliores rebus corruptibilibus, ut asserit Arist. 8. phy. 75. & sic ratio
ne rei scitæ nobilioris, & secundum merita materiæ scientia top. in nobilitate superat scientiam de-
monst. ut Arist. 1. de par. anim. cap. ultimo dicebat, res namque illas superiores tam etsi leuiter attin-
gere possemus, tamen ob eius cognoscendi generis excellentiam amplius oblectamur quam cum hac
nobis iuncta omnia tenemus quemadmodum quamlibet partem, minimamque corporis nostrarum
puellæ delitiarum uidisse gratius, ac iucundius est quàm cæterorum hominū membra tota perspexisse
& con-

& contrectasse, ex quibus sumitur, q sicut magis delectat pulcherrimā aspicere puellam, quàm omnia
membra hominis, a pari scientia topica de rebus æternis est magis delectabilis, & nobilior scientia de-
monstratiua de rebus corruptibilibus, unde Auer. 2. cœli 60. inquit, de demonstrationibus inductis
de illis quæstionibus, q quamuis non sint demonst. perfectæ fidei, tamen quia subiectum earum est
ualde nobile, sunt nobiliores illis, modicum enim nobile nobilius est multo ignobili, ex quo defendi po
test, bruta esse nobiliora homine, hoc tamen modo, nam brutum ratione qua sanum, est præstantius ho-
mine, ratione qua æger, & ut inquit sapiens ille Salomon, melior est canis uiuus leone mortuo.
Dubitatio. patet ergo quomodo scientia top. est nobilior demon. & demon. nobilior top. ¶ Sed dubitabis dicens,
q scientia top. de rebus æternis, nequit esse nobilior scientia demon. de rebus corrupt. quoniā Arist.
1. post. 52. asserit sic, non igitur est demon. corrupt. neque scientia simpliciter & 7. metaph. 53.
propterea etiam substantiarum sensibilium singularium neque definitio neque demon. est, eo q habēt
materiam, cuius natura talis est, ut esse, & non esse contingat, quare corrupt. sunt omnia singularia.
Solutio. ¶ Soluit Arist. 7. met. 35. & Auer. 1. poster. 167. & 11. metaph. cap. 1. dicentes q singularium
& corruptibilium potest esse scientia demon. sub ratione uniuersali, non autem sub ratione particula-
ri, & sic per aliud, ut dicit Arist. 1. post. 62 non est igitur demon. corrupt. neque scientia simpli-
citer, sed ita sicut secundum accidens, quod Auer. 2. post. 94. dixit, nos enim scire Socratem esse ra-
tionalem est, ob nos scire ipsum esse hominem, & nulli dubium est, q rationis prædicatio de Socrate sit
Replica. per accidens. ¶ Sed replicabis ex Auer. 1. post. 32. compositorum sunt definitiones, & 8. met. 9.
& ultimo 7. met. 12. unde ratio quorum sunt definitiones, eorum sunt demonstrationes, & eodem
modo quoniam definitio est demonstratio, 1. post. 64. & 2. post. 46. Arist. sed compositorum corrupt.
Solutio. sunt definitiones, ergo corrupt. ut corruptibilia sunt, sunt demonstrationes. ¶ Zimara soluit q com-
positum est duplex quoddā singulare, & quoddam uniuersale, dicit q quando ait Auer. quod compo
Replica. sitorum sunt definitiones intelligit composita uniuersalia, non composita singularia. ¶ Sed contra ar
guatur dicit Auer. 1. post. 149. rerum sensatarum sunt demonstrationes, modo res sensatæ non sunt
uniuersales, sed singulares corruptibiles extra animam, compositum uniuersale est in anima, & æter-
num. Amplius Auer. 1. de anim. 8. asserit q definitiones sunt de istis rebus sensibilibus existentibus
extra intellectum, sequitur ergo, q solutio Zimaræ non possit stare. ¶ Preterea & fortius contra
Zim. Auer. 1. de par. anim. cap. ultimo asserit sic, nostram contemplationem esse firmiorem, & ube-
riorem de rebus participantibus generationem, & corrupt. minorem uero, & difficiliorem de incor-
ruptibilibus, causa tamen ob quam notitia generabilium, & corruptibilium sit facilis, & incorrupti-
bilium difficilis est, quia genita, & caduca sunt nobis familiariora, animisque nostris, ex eis etiam su-
mus geniti, res uero æternæ distant a nobis genere & loco, ecce ergo quod scientia demonstratiua ha-
betur de corruptibilibus, ut corruptibilia & singularia sunt, nec aliter nec alio modo.
¶ Soluitur, sed nota, q dicit Arist. 6. ethic. cap. 13. quod ex singularibus est uniuersale & 7.
met. 57. nihil uniuersalium separatim preter singularia est, uerum 1. de anim. 8. 1. post. 182. uniuer
sale aut nihil est aut posterius est, ex quibus sumitur quod uniuersale non est separatum a singulari-
bus, sed est, & uerificatur in illis ut dicit Auer. 1. post. 134. quod uniuersale tantum est in anima, con
tra Platonem ut asserit Auer. 1. de anim. 8. 2. de anim. 60. 1. met. 6. 26. 27. 3. met. 20. 7. met. 57.
12. met. 4. 14. 21. 27. 28. & 10. met. 6. unde dicimus q quando dicit Auer. rerum sensatarum sunt
diffinitiones, & demonstrationes intelligitur sic, idest rerum uniuersalium, quæ habent esse, & ueri-
tatem in rebus sensatis existentibus extra animam sunt definitiones, & demonstrationes, & ista expo-
sitio uidetur esse conformior. hæc de his satis dicta sint, ad quæsitum examinandum pertranseamus,
& Deus Optimus Maximus sit dator auxilij, & sit lux, & uia laudabilis ingressus, & perfecti
egressus.

QVAESITVM PRIMVM,

AN MEDIVM IN DEMONSTRATIONE SIMPLICITER DEBEAT MOVERI SVB TITVLO DEFINITIONIS, VEL SVB TITVLO CAVSAE.

Aliorum opinio. *Cap. I.*

Opinio latinorum.

NIVERSA latinorum schola decreto affirmare uidetur medium in demonstratione moueri sub titulo definitionis, & non causae, & quando isti quaerunt, sic dicunt, medium in demonstratione est definitio maioris, au definitio minoris, & non dicunt an medium sit causa maioris uel causa minoris quod probare enituntur Arist. authoritatibus, quarum prima est talis.

Prima ratio latinorum.

¶ Arist. in 1. de anim. 11. asserit, quòd principium omnis demonst. est ipsum quod quid est, ipsa definitio. Vnde ratio oritur talis. sub illo titulo & nomine debet moueri medium in demon. quo titulo, et quo nomine uocat Arist. sed sub titulo & nomine quod quid est 1, definitionis Arist. uocat medium & principium demonst. ergo medium in demon. debet moueri sub titulo definitionis, non autem sub titulo causae. *¶ Confirmatur Arist. in eodem tex. d. uidetur autem non solum ipsum quid est cognoscere utile esse ad cognoscendas causas accidentium substantijs, sicut in Mathematicis quid rectum, & quid obliquum, aut quid linea, & planum ad cognoscendum quot recti trianguli anguli sunt aequales, per quę uerba uult Arist. quòd ipsum quid, idest definitio subiecti sit medium, per quam definitionem tanquam per medium cognoscantur accidentia de subiecto, uerbi gratia, in hoc syllogismo omnis figura plana tribus lineis contenta habet tres angulos aequales. at omnis triangulus est figura plana tribus lineis contenta. ergo omnis triangulus habet tres angulos aequales, ac si diceret Arist. ut clarioribus exemplis utamur. oportet enim pro obscuris clara exempla inducere teste Arist. 2. ethic. 2. omne animal rationale est risibile, omnis homo est animal rationale, ergo omnis homo est risibilis. in hac demon. ly animal rationale est definitio hominis, & est medium ad demonstrandum risibile de homine. ut de subiecto, similiter omnis figura plana tribus lineis contenta est definitio, & quod quid trianguli & ad demonstrandum habere tres angulos de triangulo Arist. utitur hac definitione pro medio, ergo uidetur quod uera mens Arist. sit quod medium in demonst. sit definitio, & non causa.*

Confirmatio per Viuolsi.

2. Ratio latinorum.

¶ Amplius Arist. in 2. post. 41. 95. 97. ait, sic ratio primi extremi medium est, sed ratio est definitio. ut Auer. 8. phy. 75. exponit, ergo mediū in demon. est definitio non causa.

1. Ratio propria.

¶ Amplius 1. post. 48. 49. ait Arist. si enim qui non habet rationem eius quod est propter quid existente demonstrationę non est sciens, ecce qualiter manifeste apparet, quòd medium, in demon. est ratio quae definitio ab Auer. 8. phy. 75. exponitur.

2. Ratio propria.

¶ P. Arist. 1. post. 94. ait, conuertuntur autem magis, quę sunt in mathematicis, quoniam nullum accidens accipiunt, sed definitiones, unde ratio, illud quod accipitur in demonst. mathematica est medium ut patet, sed definitiones accipiuntur, & non causae in demon. mathematica, ergo medium est definitio non causa.

3. Ratio propria.

¶ Amplius Arist. 1. post. 35. 153. testatur, quòd praedicata per se quae ingrediuntur demon. simp. sunt in primo, & secundo modis dicendi per se, illa quae sunt in secundo modo, sunt accidentia essentialia, quae deseruiunt demonst. pro quaesito, & concluduntur per demonst. ut patet 1. post. 52. & 56. & in 2. post. com. 12. & 94. illa uero praedicata, quae sunt in primo modo remoto genere, quod licet sit praedicatum per se, quia non est conuertibile, & eo magis, quoniam dum est genus non est res cuius est genus, ut ait Auer. 2. post. 95. 94. & in epistola de primitate praedicatorum, ideo non potest esse medium. restat ergo quòd differentia, & definitio sit medium, ut citat Auer. 2. post. 95. clarius autem in epist. de primitate prędic. ergo medium in demon. est definitio ut definitio, non ut causa.

4. Ratio propria.

¶ Amplius 3. met. 3. Arist. inquit, tunc scire unū quodq; eorum, quorū sunt demon. arbitramur, cū quid est sciamus, per ly quid intelligit medium, sed ipsum quid, est definitio, ergo mediū in dem. est def. & nō cā.

5. Ratio propria.

¶ Rursus Arist. 7. met. 31. ait, quare sicut in syllogismis omniū principiū substātia est. Ex ipso enim quid est syllogismi sunt, & 13. met. c. 4. d. sic, syllogismorū uero principiū est ipsum quod quid est, unde fiat ratio principium in demon. est medium in demon. 1. post. 64. Auer. sed quod quid, quod est definitio, est principiū demonst. ergo definitio est medium, & non causa.

6. Ratio propria.

¶ Praeterea Aristoteles nominans quatuor genera causarum nominat formam sub hoc nomi-

ne, ſcilicet quod quid erat eſſe, 2. phy. 28. & met. 12. ſimiliter 1. de gene. anim. c. 1. & 2. poſt. 48. Vnde fiat ratio difficilis Au. 1. poſt. 11. & 2. poſt. 58. & 95. forma eſt medium in demon. ſed quod quid, eſt forma, ergo quod quid, ideſt defini-
Confirmatio. *tio eſt medium. Quod confirmans Ariſt. 3. met. 3. aſſernit ſic, forma uero definitio, ex quibus clariſſime ſumitur medium in demon. eſſe quod quid*
7. Ratio propria. *ideſt definitionem, & non cauſam. ¶ Rurſus Ariſt. 2. poſt. 14. d. Amplius principia demon. ſunt definitiones, unde exponetur Ariſt. per Au. & dicimus quòd ſicut nil aliud eſt dicere præmiſſas eſſe cauſas, niſi continere medium, quod ſit cauſa ut d. Aue. 1. poſt. 11. ſic dicimus quòd nil aliud intelligit Ariſt. per illa uerba. ſ. principia ſunt definitiones, niſi principia continent medium quod eſt*
8. Ratio propria. *definitio, ut definitio, & non ut cauſa. ¶ P. & fortius Ariſt. 2. poſt. 9. uſque ad 14. probat, quòd id quod ſcitur per definitionem, impoſſibile eſt, ut ſciatur per demon. ut eſt ipſum quid & rei ſubſtantia, & inter alias rationes, una eſt talis principia dem. non ſciuntur per demon. ſed definitiones ſunt principia demon. 1. poſt. 64. & 2. poſt. 46. Ariſt. ergo definitiones non ſciuntur per demon. Hac ratione ſtante arguatur fortiſſime eo modo, quo definitiones non ſciuntur per demonſt. eo modo ſunt principia, & media in demon. ſed definitiones ut ſunt definitiones & ut ſubſtantiæ non ſciuntur per demon. ergo definit. ut definitio. & non ut cauſa, ſunt media in demon. ualida profectò ratio & dif-*
9. Ratio propria. *ficilis. ¶ P. Ariſt. 5. magnorum moralium c. 2. d. cum noluerimus particulariter aliquod bonum demonſtrare, aut definitione demõſtramus, ergo defi-*
10. Ratio propria. *nitio ait ẽ mediũ, & nõ cã. ¶ P. Au. 2. phy. 3. & 3. phy. 3. 2. de an. 30. & 3. de ani. 34. met. 2. ait defi. datæ per prius, & poſterius intrãt in artibus dem.*
11. Ratio propria. *quid ergo clarius? ¶ Vltra Auer. 1. poſt. 179. d. ꝙ omnes res quæ uni ſubiecto inſunt commõſtrantur mediantibus rebus quæ in def. huius ſubiecti ſu-*
Confirmatio. *muntur. ergo def. eſt medium. ¶ Quod confirmans Auer. 7. met. 21. d. quòd omnes res nõ ſciantur niſi per ſuas definitiones, tanquam per media, ergo definitiones ſunt media, per quas defi. ſcimus*
12. Ratio propria. *in demon. & non per cauſam. ¶ Amplius Au. in 1. de ani. 11. 4. phy. 31. & 4. cæli 2. & 2. de ani. 12. 26. & 2. cæli 40. ait quod omnis definitio, per quam non cognoſcuntur accidentia, non dicitur defi. niſi æquiuoce, ergo ſi per definit. cognoſcuntur accidentia non niſi ut per medium, ergo medium in demon. eſt definit. ut definitio, & non ut cauſa.*
13. Ratio propria. *¶ Amplius & ualidiſſime, medium in demon. debet eſſe illud per quod diſſoluuntur quæſtiones contingentes in re, & per illud debent apparere accidentia eſſentialia, ſed definitiones ſunt huiuſmodi 4. phy. 31. ergo defi. erunt media in dẽmon. ut definitiones ſunt, & non ut cauſę. ¶ Rurſus & ſubi-*

lius & ſuppono unum, quod demon. eſt definitio in 14. Ratio propria.
potentia 1. poſt. 11. Auer. & ab ipſa demonſt. educitur in actu definitio. Quæro quando definitio educitur a demonſt. aut educitur ut def. eſt, aut ut cauſa, non ut cauſa quia non differret a demon. ſed eſſet pars demon. ergo ut definitio diuerſa a demon. ſi educitur a demon. ut definitio & non ut cauſa adhuc quęro, quando hæc definitio eſt in demonſt. pro quo deſeruit demon. non ut quæſitum, quia definitiones non concluduntur per demonſt. 2. poſt. 14. Ariſt. ergo ut medium deſeruit dem. ſi ut medium, ergo definitio, ut definitio, erit medium, & non ut cauſa, & quòd ſit uerum, eſt tex. Ariſt. 2. poſt. 14. quando d. principia demonſt. ſunt definitiones. ſoluat Apollo. ¶ Vltimo regula 15. Ratio propria.
eſt topica 1. top. c. 1. illud eſt uerum, & concedendum tanquam uerum, quod dicunt omnes, uel plures, uel ſapientes, ſed definit. ut definit. eſt, & non ut cauſa eſt, eſſe medium in demon. expoſitores omnes præteriti quorum eſt memoria teſte Ariſt. in lib. de memoria & reminiſcentia c. 1. dixerunt, & præſentes quorum eſt ſenſus dicunt & uociferant, & futuri quorum eſt ſpes dicent, & exclamabunt ergo defi. ut defi. erit medium in demonſt. & non ut cau. ſtudioſe lector ſcias quòd hæ ſunt ſententię Ariſt. ac ſui fidi interpretis Auer. quibus placuit nobis oppoſitę partis poſitionem corroborare, & quia adeſt præceptum Ariſt. ab omni iudice obſeruandum in 3. met. 1. non auditis utriſque partibus ſententiam atque decretum afferre non poſſumus, tunc enim perfectus iudex quando utriſque partibus auditis iudicat, ideo audita una quæſiti parte, operæpretium eſt audire aliam, quibus auditis nulli parti, niſi ueritati addictus ipſe, tanquam iudex non aduerſarius cum Ari. iudicabo & ueritate duce, ſemper præ oculis habẽdo Ari. præceptum 1. cęli 102. arbitras non oportet eſſe aduerſarios.

IN QVO QVAESITI DETERminatio indicatur. Cap. II.

ARIST. *uera quæſiti determinatio, eſt medium in demonſt. debere moueri primo & per ſe ſub titulo cauſæ, ſi uero ſub titulo definitionis non niſi per accidens, & inquantum definitio eſt cauſa: Vnde debet moueri quæſitum hoc modo, medium in demon. eſt cauſa maioris, uel minoris? non autem debet quęri, eſt def. maioris, uel minoris? Quod eſſe uerum quiſque peritus rei ueritate ductus affirmabit, & quoniam hæc ueritatis determinatio adeo eſt per ſe manifeſta, quam profectò rationibus confirmare, eſt potius ipſam derogare, iuxta Auer. regulam 2. priorum cap. uigeſimoſexto, in eo autem quod eſt per ſe manifeſtum facere inductionem eſt ſuperfluum,*

fluum, uerum quia in hac tempestate multi reperiuntur qui, ut d. Auer. in epit. log. c. de rect. demonst. 2. met. 15. clarissime 1. cœli 22. non possunt recipere primas propositiones, aut propter diminutionem innatam in natura, aut propter paucitatem exercitationis, aut propter pessimam consuetudinem, quæ radicata est in eis, ut uidemus accidere eis, qui primo accipiunt doctrinas apparẽtes sed tamẽ falsas, immo. d. Auer. 2. met. 15. ꝙ quidam homines quærunt in omni scientia demonstrationes de genere dem. mathematicorum, & hoc accidit pluries in his qui non instructi sunt per logicam, ideo ut his satisfaciam decreui demonstratiuas probationes adducere, probantes quantũ sit infirma & monstruosa præcedens

1. Ratio aliorum. opinio, & primo rõnes aliorum 2. propriss. ¶ Prima est sumpta ex dem. operatione, nam demõstrationis operatio seu munus ẽ, esse rei uel nõ esse rei notum facere, ueluti habetur 2. post. 16. 17. in epit. log. c. de def. sed ipsum esse est effectus causæ 2. de anima 37. ergo medium in demon. sub nomi-

2. Ratio aliorum. ne causæ quæri debet & non sub nomine def. Præterea Arist. 6. met. 4. 5. met. 13. diuidit ens in ens per se & in ens per accidens, & d. in 6. met. 4. & 5. phy. 6. & 11. met. c. 9. quòd ens per accidens a nulla scientia consideratur. Quo stante arguatur sic, sed per accidens est ꝙ medium in demon. sit defi. & per se est, ꝙ sit causa. ergo ut causa quæritur medium, & nõ ut defi. minor probatur 2. post. 95. 97. in paraphrasi in 2. quæst. post. ubi loquitur Auer. de medio demon. & in epist. de primi. prædi. ꝙ medium semper est causa in demon. siue fuerit dictio simplex siue composita. nam dictio simplex. quæ est altera pars definitionis. s. differentia ut causa est medium in demon. & non ut defi. quoniam sola differentia non facit defi. 6. top. in 4. loco def. ergo uerũ est ꝙ mediũ nõ dẽt quæri ut def. sed ut cã & si euenit, ꝙ mediũ quãdoq; sit def. tãquisq; certus sit ꝙ non ut definit. sed ut causa. P. sicut se

3. Ratio aliorum. habet simpliciter ad simpliciter, ita magis ad magis, & maxime ad maxime, ut si ars assimilatur naturæ est perfecta & si magis assimilatur magis est perfecta, & si maxime assimilatur maxime est perfecta, quia Arist. debet imitari naturam 4. metheo. 28. 2. phy. 22. 79. 1. post. 41. 56. 2. post. 94. & 4. quæst. post. ubi dicitur ꝙ tũc sciẽtiæ, & artes sunt ueræ cũ insequũtur modũ naturæ, sed sumẽdo medium, ut cã magis sequimur modũ naturæ, quã sumendo ut defi. ergo mediũ, ut causa, nõ ut defi. debet sumi in demon. minor probatur, quoniã Arist. 2. phy. 3. definiẽdo naturã, dixit esse principiũ, & cãm motus, & quietis, eodẽ modo ars debet procedere ꝑ modũ causæ. Prima rõ propria sit ista sup-

1. Ratio propria. põnẽdo unũ ex Ar. 11. met c. 1. 6. met. 1. 1. post. 52. & Au. 1. post. 56. 2. post. 12. 20. 33. & 94. ꝙ demon. absoluit accidẽtia per se de subiecto, unde dicas id non debet esse mediũ in demon. per quòd non scimus accidentia, sed per defi. ut defi. est, non scimus accidentia, ergo def. ut def. nequit esse medium in demon. minor probatur ab Arist. 2. post. 11. sic, sufficiens autem fides & ex inductione, nihil enim unquam definientes nouimus, neque eorum, quæ per se insunt neque accidentium.

Quod 2. post. 35. confirmat dicens (ad hæc autem quando nec def. nihil neque demonstrat neque mõstrat) si ergo def. nihil monstrat, ergo def. ut def. Confirmatio.

non est medium in demon. sed ut causa. P. mediũ in demon. est uniuersale, quoniam demon. est ex uniuersalibus 1. post. 62. & 134. Arist. & in epit. log. c. de demon. est syllogismus constans ex uniuersalibus, sed def. non est uniuersalis neque par. 1. post. 81. ubi asseritur, quòd petitio, & suppositio, aut in totũ. i. uniuersalis aut in parte. i. par. def. uero neutrum horum. i. neque est uniuer. neque par. ergo def. ut def. nequit esse medium in de 2. Ratio propria.

mon. P. medium in demon. affirmat prædicatum de subiecto. 1. post. 14. 2. post. 16. 17. sed definitio sine hoc. i. neque affirmat, neque negat. 1. post. 14. 79. in epit. log. c. de def. & 9. met. 22. asserebat Auer. sermo diffinitiuus non sunt idem, & sermo affirmatiuus, ergo medium in demon. non potest 3. Ratio propria.

esse def. Rursus & fortius in demon. concluditur causatum, modo arguatur sic, illud quod concluditur in demon. debet concludi per illud, ad quod habet habitudinem, & respectum, sed causatum habet habitudinem & respectum ad causam, & non ad dif. & si ad dif. non nisi tanquam ad causam, ergo cuicunque in doctrina relatiuorum perito relinquitur, quòd medium in demon. non est def. ut def. sed causa ut causa, & si def. non nisi ut subit uicem causæ. 4. Ratio propria.

¶ P. & fortissime quidem Arist. in 2. post. a tex. 9. usque ad 19. disputat quæsitum an idem secundum quod idem possit sciri def. & demon. d. quòd est impossibile, modo si medium in demonst. esset def. tunc sequeretur quòd idem sciretur demonst. & defin. quod est contra Arist. 5. Ratio propria.

Sed si diceres quòd uerum est id, quod scitur per demon. non sciri per def. quæ est instrumẽtum distinctum a demon. sed scitur per illam def. quæ est medium in demon. sed def. quæ est mediũ in demon. non facit scire, nisi inquantum est causa, & principium (ut supra probatum) ergo definitio non est medium ut def. sed ut causa. Dubitatio.

¶ P. & primo suppono unum, quòd duo sunt instrumenta facientia scire simpliciter, unum per quod absoluuntur accidentia, & est demon. 11. met. c. 1. Arist. & 6. met. 1. & 1. post. 52. ac Auer. 2. post. 12. 20. & 94. Aliud uero, per quod absoluuntur quiditates, seu substantiæ quo stante si per te o bone uir, mediũ in dem. esset def. tunc sequeretur, ꝙ unum de duobus esset superfluũ. probatur, nã dem. absoluit accidentia def. substantiã, si defi. 6. Ratio propria.

esset medium in demon. tunc absolueret acciden-
tia, & sic per demon. & per defi. absoluerentur ac
cidentia, & sequeretur error peior priori. quia nõ
daretur instrumentum quo absolueretur substan-
7. Ratio propria: tia. Amplius omnis definit. est triplex 1. post. 64.
& 2. post. 46. Arist. & Au. in c. de triplici specie
definitionis, aut principiũ demon. aut tota demon.
aut conclusio demon. Ex quo si mediũ in demon.
est definitio, quæro, aut illa quæ est conclusio de-
mon. aut illa quæ est tota demon. aut illa quæ est
principium demon. non quæ est conclusio, quia est
naturaliter ignota, non quæ est tota demon. quia il-
la est instrumentum distinctum a demon. ergo erit
illa quæ est principiũ demon. sed illa quæ est prin-
cipium est naturaliter nota in epit. log. c. de def. &
quod est naturaliter notum est causa 1. post. 11.
& 12. & 1. phy. 2. & 2. de anima 12. 7. met. 10.
Arist. & Auer. ergo definitio ut est causa. & prin
cipium erit medium in demon. & non ut defi. Am
8. Ratio propria. plius Auer. in 8. quæst. post. d. quod per demon.
absoluitur si est, siue esse rei, sed per definitionem
impossibile est absoluere, si est ut Arist. 2. post. 33.
& Auer. ergo definitio, ut defi. non potest esse me
9. Ratio propria. dium in dem. sed ut causa. Amplius Ar. 1. post.
9. ait si itaq; scire est, ut posuimus, necesse est de-
monst. scientiam ex uerisque esse, & primis &
imediatis, & notioribus, & prioribus, & causis cõ
Confirmatio. clusionis. Quod firmans in tex. 11. d. causas quo-
que & notiora oportet esse, & priora. causas qui-
dem. quoniã tunc scimus, quando causam cogno-
scimus, quæ uerba exponens Auer. in com. 11. as
serit sic esse intelligẽda, necessario oportet præmis.
dem. esse causas. i. q ipsarum medius terminus sit
causa. ecce quanta sit quæsiti dilucidatio, quoniam
non dixit Arist. oportet præmis. esse defi. i. babe-
re medium quod sit defi. sed oportet præmis. esse
causas, idest continere medium terminum qui sit
causa, & hinc latini, & sequaces sonẽt campanas q
10. Ratio propria. iam demonstratum est contra illos. Amplius 1.
post. 30. 35. 44. 153. illud quod competit alicui p
defi. competit illi per se, sed per defin. ipsius scire si
bi competit, ut habeatur per causam, tanquam per
medium, & non per defini. 1. post. 7. ergo mediũ
in demon. per quod habetur scire, est causa, & nõ
defi. Unde ratio illud quod est propriũ uni, per se
competit illi, & per accidens alteri, sed proprium
est medio ut sit causa, & causæ ut sit medium, ergo
per accidens competit definitioni esse medium in
11. Ratio propria. demon. Præterea semper Arist. definit. scire per
causam 1. phy. 1. 2. phy. 27. 3. met. 2. 2. met. c. 3.
8. met. 12. 2. met. 4. 2. post. 48. 58. 1. post. 7. 11.
55. 70. 95. 97. 99. 101. 165. 166. & non dixit
per definitionem. per ly causam denotando mediũ
debere moueri sub titulo causæ & non definitio-
Confirmatio. nis. Quod confirmans Auer. 1. post. 54. 56. 2.
post. 39. & 88. & in quæst. 8. post. 2. post. 97. in

paraphrasi dixit, medij termini demonst. sunt cau-
sæ & non. d. definit. & quid clarius in doctrina A-
uer? ¶ Ultimo & sit nobis firma conclusio, contra
quã nulla sit nobis contradicendi uoluntas. Interro
gatus Arist. ab aduersarijs adinuicem contenden-
tibus, quænam opinio est uera. an illa, quæ asserit
medium in demon. esse definit. an illa quæ dixit q
medium est causa? Arist. neutri parti addictus sed
rei ueritate ductus respondet in 2. post. tex. 7. di-
cens, causa enim est medium, & clarius 2. post.
37. dixit, necesse est medium esse causam, & non
dixit definitionem, & non contentus Arist. his te-
stibus dixit, in 2. post. 56. medium enim est causa,
& in tex. sequenti 57. asseruit (causa media) &
clarissime loquens in 2. post. 63. dixit medium q
est causa. dixit quod est causa ad denotandum, q
medium non potest esse definitio, sed causa 1. post.
ultimo. d. omnes enim causas medias uidens sum-
mas cognouit & quisque certus sit, q medium in
demon. est causa & non definit. & si definit. non
nisi ut causa unde ualeant oppositum defendẽtes,
tam cum indice nostro Arist. probatum & iudica
tum est partibus utrisq; bene intellectis, q defini-
tio non est medium sed causa, fateor ergo indubi-
tanter, q hæc est quæsiti ueritas, quam tot in locis iu
dex nostræ militiæ Arist. & Auer. affirmauit, ue-
rum si defensores oppositæ partis uoluerint, quod
definitio non ut defi. sed ut causa fuerit medium in
demon. nos conuenimus cum ipsis, & si uero ad-
huc eis adest spiritus contradictionis dicentibus q
definitio, ut definit. est medium, excusare quidem
ipsos possum, de errore autem defendere & falsi-
tate non possum.

SOLVVNTVR ALIORVM Rationes. Cap. III.

ET, quoniam solutio dubitationis inuentio ue-
ritatis est 7. ethic. 4. Ari. & notatũ reliquit
Auer. 1. in 7. phys. 78. ac 4. phys. 51. ueri ac de-
monstratiui sermonis proprium munus, ac officiũ
esse ex sui natura quæstiones omnes in re cõtingen
tes soluere Arist. 1. elenchorum cap. 1. dicit, est
autem, ut unum ad unum sit dicere, sapientis opus
in unoquoque nõ mentiri quidem ipsum, de quibus
nouit, mentiẽtem autẽ manifestare posse, sed quo-
niam nonnullæ fuere in oppositum ductæ rationes,
& auctoritates, ut quæsiti ueritas clarius elucescat,
oportet soluere ipsas, quibus solutis nulli dubium
erit quanta sit firma & stabilis nostra cõclusio, me
dium. s. in demon. non debere moueri sub titulo de
finitionis, sed primo, & per se sub nomine causæ.
¶ Prima auctoritas, ex qua fuit formata ratio, est
Arist. 1. de anim. 11. ¶ Soluitur notando unũ, Solutio ad primam.
q ipsum quod quid, bifariam consideratur, uno
modo ut q quid, ut definitio, ut prædicatũ in quid.
alio

alio modo, ut prædicatum per se habens tres cõditiones .s. de omni per se, & in quantũ ipsum, ut propria causa. tunc dicendum, ꝙ quando dicit Arist. ꝙ ipsum ꝙ quid est principium, & medium in demonst. intelligitur, nõ ut ꝙ quid nõ ut definitio, neque ut prædicatũ inquid, sed ut prædicatũ per se, & ut est propria causa.

Dubitatio. *¶ Sed licet hæc expositio sit uera, tamen dubitatur, si ipsum ꝙ quid, non ut ꝙ quid & definitio, sed ut est propria causa est medium in demon. uellem scire quæ differentia est inter ipsum quod quid cõsideratum, ut quod quid, & ut causa? uidetur ꝙ nulla sit differentia, nã ꝙ quid nil aliud est, nisi definitio, sed definitio est propria causa, quia est forma 3. met. 3. Arist. & 7. met. 35. ac 7. top. 2. & Auer. 2. post. 20. in lib. de sub. orbis c. 1. ergo nulla est differentia inter ipsum quod quid, consideratum ut quod quid, & definitionẽ & ut est propria causa, cõcludatur ergo quod cum idẽ sit definitio, & propria causa, ut animal rationale est definitio hominis, & propria causa hominis, ꝙ nil differat, siue medium moueatur in dem. sub ti. causæ, siue sub titulo definitionis, cum unum & idẽ sit, ueluti in hac demon. omne animal rationale est risibile, omnis homo est animal rationale, ergo omnis homo est risibilis, ly animal rationale est definitio hominis, & est propria causa hominis, ecce qđ una & eadem res est, modo si consideratur ut definitio, siue ut causa, hæc cõsideratio non uariat rẽ, ergo siue sub titulo causæ, siue definitionis mediũ in dem. moueatur, optime mouetur. Vnde fuit difficilis ratio, Arist. 1. post. 42. ait ꝙ quando sunt plures dictiones, seu plura nomina unum significãtia, seu unum esse, prædicatum, quod primo, & per se demonstratur de uno, primo etiam, & per se demonstratur de altero, u. g. si idem esset triangulo esse, & æquilatero, adeo ꝙ triangulus, & æquilaterus hæc duo nomina haberent unum, & idem esse idest unum significatum, profecto illud prædicatũ, ut habere tres angulos æquales quod primo & per se demonstraretur de triãgulo primo etiam & per se demonstraretur de æquilatero, a pari si idem est esse, & significatum definitionis, & propriæ causæ (ut probatum est) ergo si definitioni, ut est propria causa competit, ut sit medium in demon. ergo definitioni, ut definitio est, etiam competit, ut sit medium in demon. ratio quidem pulchra.*

Solutio. *¶ Nobili quidem & intactæ huic difficult. R. uerum est not. ꝙ unũ, & idem potest esse definitio, & propria causa simul, & potest esse propria causa solum, & non definitio, ueluti animal rõnale est definitio, & propria causa hominis sui diffiniti, sed est solũ propria causa, & non diffinitio risibilitatis, ut in hac dem. omne animal rationale est risibile, omnis homo est animal rationale, ergo omnis homo est risibilis, modo ly animal rationale est propria causa hominis, & eius definitio. Sed est, causa propria tantum ipsius risibilitatis, unde respectu diuersorum .s. minoris extremi, & maioris extremi huius dem. unum, & idem potest esse definitio & propria causa simul, & propria causa tantum, & non definitio, ex quo patet quomodo intelligitur tex. Arist. 1. post. 7. quãdo dicit scire arbitramur unumquodq; quæsitum 1. proprium accidens de proprio subiectõ, nõ per definitionem tanquam per mediũ, sed per causam propriam illius quæsiti prædicati proprij accidentis, tanquam per medium sub titulo; & nomine causæ, & hæc est uera expositio tex. Arist. & dubitationis solutio.*

¶ Sed adhuc dubitabis, dictum est enim ꝙ ipsum quod quid, est definitio, & propria causa respectu diffiniti, seu minoris extremi, & est solum propria causa respectu maioris extremi, uidetur ꝙ non sit differentia inter definitionem, & propriam causam, nam (ut dictũ est supra) definitio est propria causa & cõuertibilis, adeo ꝙ dubitatio adhuc stat in suo robore. Dubitatio.

¶ Soluitur dicendo ꝙ ualet dicere, definitio est propria causa, quia est forma 3. met. 3. tamen non ualet econtra dicere, propria causa est definitio, quoniam causa efficiens est propria causa 1. post. 34. 2. post. 67. tamẽ nõ est definitio, dico ergo ꝙ ipsum quod qđ, est definitio, & propria causa, idest forma sui diffiniti, est uero solum propria causa, non definitio, sed efficiens respectu passionis .i. maioris extremi, v. g. omne animal rationale esse risibile, omnis homo ẽ animal rationale, ergo omnis homo est risibilis, ly animal rationale est definitio & propria causa & forma hominis sed est efficiẽs & propria causa tantum risibilitatis. Solutio:

¶ Sed dices cõtra, nam Auer. in 8. q. post. & in cap. de diffinitionibus clarius in 8. met. 13. ait ꝙ causa efficiens ingreditur defintionẽ his utens uerbis, sed si definitio non continuerit causam propter quam inuenitur forma, tunc definitio non erit manifesta, neq; perfecta, & nota ꝙ Auer. uult per causam, propter quã est forma ipsam causam efficientem v. g. eclipsis est priuatio luminis, ly priuatio est forma eclipsis, & hæc diffinitio est diminuta: si non addatur causa efficiens, dicendo eclipsis est priuatio luminis in luna propter interpositionem terræ inter Solem, & lunam, ecce modo in doctrina Arist. 2. post. 41. 42. & Auer. in locis allegatis ꝙ causa efficiens arguit definitionẽ, unde ualet dicere, est causa propria, ergo diffinitio, cuius oppositum fuit supra dictum. Replica.

¶ Soluitur ꝙ definitio est duplex in cap. de defin. & 8. met. 13. quædã perfecta, & est illa, quæ fit ex causa formali pro genere, & causa efficiente pro differentia, ut eclipsis est priuatio luminis lunæ propter interpositionem terræ, inter Solem & lunã. Quædam uero defin. imperfecta, & est illa, quæ datur aut per formam solum, ut eclipsis est priuatio luminis, aut per causam efficientem solum, ut eclipsis est interpositio terræ inter Solem & lunã. Adhuc nota ꝙ Solutio.

illa

Illa definitio, quæ datur per formam ſolum, dicitur definitio, quæ abſoluit, & dicit quid, illa uero diffinitio, quæ datur ſolum per cauſam efficientem abſoluit & dicit propter quid exemplum utriuſque, ut ſi quis interrogauerit, quid eſt eclipſis dicitur ꝙ eſt priuatio luminis, iſta diffinitio data per formam & dicit quid, adhuc ſi quis interrogabit dicēs, propter quid eſt eclipſis dicitur, quod eſt propter interpoſitionem terræ inter Solem, & lunam, definitio autē perfecta aſſignata per formam & efficientem abſoluit ſimul duo quæſita nēpe quid, & propter qd ut eclipſis eſt priuatio luminis in luna, propter interpoſitionem terræ inter Solem & lunam. quo ſtāte dico ꝙ cauſa efficiens eſt cauſa propria, et ingreditur definitionem, tamen non definitionem abſoluentem quid, ſed propter quid. Unde dicimus quod ualet dicere cauſa propria. i. forma eſt definitio dicens quid, & ualet dicere etiam cauſa propria. i. cauſa efficiens, neceſſaria eſt definitio dicens propter quid, & ſic uidetur uerum uero omni ex parte conſonare.

Dubitatio. ¶ Et ſi dices eclipſis non habet definitionem dicētem quid, quia definitio dicens quid eſt forma, eclipſis eſt accidens, accidentia non habent formam.

Solutio. ¶ R. ꝙ eclipſis, licet ſit accidens tamen habet formā, uerū illa forma eclipſis eſt ignota, quæ forma eclipſis eſt priuatio luminis 8. met. 13. Auer. quæ notificatur, & demonſtratur, per cauſam efficientem, & hoc eſt illud quod dicebat Auer. 2. poſt. 42. his uerbis ſed definitio ignota, & apparet ex demonſtratione, quæ largitur quiditatis cauſam, cuius eſt aliqua cauſa, talis. ſ. definitio nō fit euidens ullo modo, niſi demonſtratione, ſicut eſt diffinitio eclipſis, quæ nunquam ſcitur, niſi ob demonſtrationem, cuius medius terminus eſt cauſa agens ipſam, ex his ergo ſequitur dub. ſolutio.

Replica. ¶ Sed adhuc prædicta ſolutio patitur difficultatē, diximus enim ꝙ ualet dicere cauſa propria eſt definitio ut cauſa efficiēs eſt propria cauſa, & eſt definitio dicens propter quid tamē imperfecta, ſi hoc eſſet uerum, tunc ſequeretur maximum abſurdum contra dicta ꝙ medium in demon. eſſet definitio, ut definitio & non ut cauſa, et probatur per dicta, nā ſi cauſa efficiens propria, & neceſſaria eſt definitio, dicens propter quid, & talis ſumitur pro medio in demon. 2. poſt. 42. Auer. & in q. 8. poſt. ergo mediū eſt definitio ut definitio, & non ut cauſa.

Solutio. ¶ Licet hæc ratio ſit ſubtilis, ſubtilius tamen. R. dicēs ꝙ cauſa efficiens ſumitur duobus modis, uno modo ut cauſa & medium in dem. affirmans uel negans, dicens propter quid, ueluti Ariſt. 1. poſt. 48. & 51. 101. 103. 166. 182. 95. ubi aſſerit, ſcientia uero ipſius propter quid ſecundum primā cauſam clariſſime in tex. 55. d. propter quid autē ſcire eſt per cauſam ſcire, ecce qualiter cauſa efficiens, ſeu finalis, quæ d. propter quid 1. poſt. 166. & 2. poſt. 42. & 6. Auer. ſumitur pro cauſa in dem. quod etiam uidetur teſtari Ariſt. 1. poſt. 99. quæres cauſam, quare paries nō reſpirat, ſi diceretur, quoniā nō eſt animal d. ipſe, quod non eſſe animal, non eſt propter quid. i. non eſt propria cauſa, accipit ergo propter quid. i. cauſam ac in tex. 165. ait. Amplius ſi demon. quidem eſt ſyllogiſmus mōſtratiuus cauſæ. & eius quod eſt propter quid, ubi confundit cauſam & propter quid, & in tex. 95. ſcientia uero ipſius propter quid ſecundum primā cauſam, & in tex. 55. aſſerebat propter quid. autē ſcire eſt per cauſam ſcire tanquam per medium, & 2. poſt. 85. & 92. ſi igitur per cauſam quidem demonſtratio eſt propter quid, & nota ꝙ hæc cauſa q̄ ſumitur pro medio, ut diximus in demon. affirmat prædicatum de ſubiecto, & dicitur affirmatiuo ut 2. poſt. 17. 16. Alio modo ſumitur cauſa efficiēs, dicens propter quid in definitione tamen non affirmando uel negando, quia definitio 1. poſt. 14. 79. Ariſt. & Auer. 2. poſt. 45. non affirmat neque negat, & in cap. de diffinitionibus. Unde dicendū ꝙ licet cauſa efficiens ſit definitio, tamen non accipitur ut definitio in dem. quia non affirmaret, ſed accipitur ut cauſa oſſerens: affirmans prædicatū de ſubiecto. Unde Auer. uenit intelligēdus 2. poſt. 7. quando dicit quoniam inter id quod largitur demonſtratio, & quod largitur definitio, non eſt differentia: niſi ſecundum modum hoc eſt quia demon. tradat illud admodum enſitiatiuæ orationis, & definitio ad modum orationis compoſitæ compoſitione conditionis ad corroborationem. hæc ergo de dubij ſolutione.

¶ Secunda ratio fuit ſumpta ex tex. Ariſt. 2. poſt. 97. 41. & 95. ubi dicebat ꝙ ratio. i. definitio maioris eſt medium. ſoluitur; nam ly ratio poteſt ſumi biſariam, uno modo ut eſt propria cauſa. alio modo pro definitione dicente quiditatem. Unde exponantur omnes textus hoc modo. ſ. ratio. i. propria cauſa eſſendi. & inferēdi maioris. i. prædicati eſt medium in demōſtratione ſimpliciter. — Solutio ad 2.

Dubitatio. ¶ Sed dices ſi per rationem debemus intelligere propriam cauſam, cum cauſa reperiatur quatuor modis 2. poſt. 48. 2. phy. 27. 5. met. cap. de cauſa 1. de par. an. cap. 1. 8. met. 12. 1. de gener. anim. cap. 1. materia for. efficiens. & finis, 2. phy. 70. 2. de anim. 37. quam ergo cauſam debemus accipere, quæ cauſa dicat rationem?

Solutio. ¶ Reſpondet Ariſt. 4. phy. 11. 8. met. 3. & 12. 1. de gen. anim. cap. 1. in libro de ſomno & uigilia cap. 3. 1. phy. 60. Ariſt. ſe ipſum exponit dicens, ꝙ cauſa, quæ uocatur ratio, eſt illa, quæ dicitur forma in 12. met. 12. ſic (cuius hoc quidem ratio, & pro. i. forma) & quæ melior expoſitio quam Ariſt. per Ariſt. Unde exponatur tex. 2. poſt. 97. hoc modo ratio. i. forma, quæ forma eſt propria cauſa maioris. i. prædicati, eſt medium in demon. iam profecto reddimus Ariſt. ſui ipſius expoſitorem, quæ nam certior doctrina?

Solutio ad 1. propriam. ¶ Prima ratio noſtra fuit ſumpta

pta ex tex. Arist. 1. post. 48. ubi per rationem, ut exponit Auer. 2. post. 95. intendit definitionem, ergo si ratio est medium, & ratio est definitio, ut Auer. 2. phy. 75. ergo definitio est medium; Dicimus q licet ratio sit definitio, tamen quando est medium in demon. non sumitur uti definitio est, sed ut causa, qua mediante maius extremum .i. prædicatum concluditur de minori .i. de subiecto.

Solutio ad 2.

¶ Ad 2. est dicendum quando .d. Arist. conuertuntur autem magis, quæ sunt in mathem. quoniam nullũ accidens accipiunt sed definitiones. Dicimus ex Auer. ibidem, q per definitiones Arist. intelligit, propositiones adeo q non sumuntur definitiones, ut definitiones sunt, sed ut sunt propositiones reciprocæ & propriæ causæ ad differentiam topicæ, in qua sunt accidentia communia, quæ non conuertuntur.

Solutio ad 3. propriam.

¶ Ad 3. R. q quanquam uerum sit definitionem esse prædicatum in primo modo dicendi per se, & deseruire demon. pro medio, tamen non est medium, ut definitio & ut prædicatũ in quid, sed ut prædicatum per se conueniens suo subiecto, habẽs tres conditiones de omni .s. per se, & inquantũ ipsum & sic ruit dubitatio.

Solutio ad 4. propriam.

¶ Ad 4. rationẽ in qua dicebatur ex Arist. 3. met. 3. q tunc scire unumquodque eorum, quorum sunt demonstrationes arbitramur, cum quid est sciamus, ubi per ly quid, intelligit medium, quod quid est definitio; ergo definitio est medium.

Solutio ad 5.

¶ Similiter dicebat 7. met. 31. in syllogismis omnium principium substantia est, ex ipso enim quid est syllogismi sunt, & 13. met. c. 4. syllogismorum uero principium est ipsum quod quid est, his omnibus prædicta utentes solutione dicimus Arist. singulis in locis, in quibus asserit, ipsum quid esse medium, semper debemus obseruare regulam suam 1. post. 7. q scire est per causam, tanquam per medium, adeo q si definitio, & ipsum quid est medium in demon. & scimus per ipsum, tamen non scimus per quid inquantum est quid, & definitio, sed inquantum est causa, & hæc est uera resolutio.

Replica.

¶ Sed contra nam Auer. 3. meteor. 3. uolens q medium in demon. sit definitio, ut definitio .d. cum nos quæsiuerimus scire aliquid per demonst. non reputamus ipsum esse scitum, nisi quando nos intellexerimus in nobis, q scimus illud secũdum quid .i. per suam substantiam, & definitionem ergo definitio, ut definitio est medium.

Solutio.

¶ Soluitur nõ aliter, nec alio modo, ac fuerunt soluti loci præcedentes. quæres si medium debet esse causa, & nõ diffin. quare? R. q Arist. uocat hoc medium rationem, uocat quod quid, & Auer. substantiã & definitionem, non sine maximo artificio, ad denotandum, q hoc medium, per quod scimus accidentia, non potest esse accidens nisi substantia, ut perbelle Auer. 6. met. 1. ubi asserit, q demonstratio est de substantijs ad accidentia .i. ex medio quod medium est causa per se substantialis, & propria ex qua cãimus ad accidentia propria notificanda, ecce lectores studiosissimi, quantum sit clara mens Arist. & Auer. de medio demon. q debet esse causa, & non definitio, & si ab ipsis uocatur definitio, & substantia, non nisi ad denotandum, q nullum accidens potest esse medium in dem. simpliciter, sed causa substantialis, & hoc quidem pauci, quos Deus amat Iuppiter, animaduertunt.

Dubitatio.

¶ Adhuc adest contra prædictam sol. alia & difficilis ratio, dictum est .n. quod ipsum quid nõ ut quid est medium, sed ut propria causa, contra arguatur sic, sed propria causa, quæ est forma est quid, ergo sequitur demonstratiue, q ipsum quid est medium, probatur minor ex Arist. 2. post. 48. 2. phy. 28. ubi uocat formã q quid erat esse, dicens sic, quoniam autem scire putamus, quãdo sciamus causam, causę uero quatuor, una quidem quod quid erat esse, sequitur ergo de facto ipsum quid esse medium.

Solutio.

¶ Soluitur formã ipsam esse quod quid, tamẽ quando sumitur pro medio in demon. non sumitur prout est q quid .i. pro pdic. in quid, sed ut est causa propria, notificãs accidentia inhærentia ipsi subiecto, per quam formã non tanquam per quid, & prædicatum in quid, sed tanquam per medium causale, quo medio causali, accidentia propria essentialia naturaliter insunt, & prædicantur & nota reddũtur in suis subiectis.

Solutio ad 6.

¶ Hac quidem solutione uenit quoque sexta ratio nostra dissoluenda.

Solutio ad 7.

¶ Ad 7. rationem ex 2. post. 24. ubi dicit Arist. principia demon. sunt defin. R. Auer. 1. post. 94. dicens q præmissæ debent esse defin. i. debent esse reciproce conuertibiles: quia defin. 3. phys. 1. & 2. post. 20. 7. met. 42. & in cap. de definitionibus in q. post. sunt conuertibiles & hoc dicit Arist. in tex. 14. 2. post. & 94. 1. post. unde exponatur tex. hoc modo principia demon. sunt definitiones, dico q non sunt definitiones, quia continent medium, q est definitio, sed sunt definitiones, quia sunt conuertibilia, sicut sunt conuertibiles definitiones cum suis definitis, & ad probationem dicimus negando similitudinem, uel concedatur similitudo, quando dicitur præmissæ sunt causa .i. continent medium, quod sit causa a pari principia sunt defin. i. continent medium, quod est diffinitio, dico q habent medium, quod est diffinitio, tamẽ nõ ut diffinitio, sed ut causa est medium in dem. & sic dubitatio ruit.

Solutio ad 8.

¶ Ad 8. rationem negatur maior, quoniam non ualet dicere eo modo, quo definitiones non sciuntur per demon. eo modo sunt media in demon. quoniam definitiones, ut definitiones, & substantiæ sunt, non absoluuntur per dem. sed quando sunt media in dem. sunt, media ueluti pdicata per se, & propriæ causæ per se conuenientes suis causatis.

Solutio ad 9.

¶ Similiter ad 9. rationem sumptam ab auctoritate Arist. in 1. magnorum moralium cap. 2. dicendũ esse affirmamus.

Sol. ad 10.

¶ Ad 10. rationem non aliter est dicendum ac in præcedentibus,

tib us, nam licet definitiones datæ per prius, & po-
sterius intrent artes demonstratiuas, non tamen ut
Sol. ad 11. defin. sed ut propriæ, & essentiales causæ. ¶ Ad
11. similiter est dicendum, & ad eius confirmatio-
Ad 12. nem, sicut in cæteris. ¶ Ad 12. Auer. auctori-
tatem ex 1. de anim. 11. desumptam. R. dicendo,
ꝙ æquinoce sunt definitiones s. quæ sunt principia,
& causæ propriæ in demon. per quas non cogno-
scuntur accidentia, quoniam frustrarentur suo fi-
ne. Vnde ratio illud dicitur æquinocæ tale, quod
caret fine talis, sed si definitiones, quæ sunt propriæ
causæ, & principia demon. non absoluerent accidē
tia, carerent fine proprio, ergo æquinoce diceren-
tur definit. Vnde optime Arist. in tex. dicebat,
quare secundum quascunque definitiones non con
tingit accidētia cognoscere, nisi per illas, quæ sunt
demōstratiuæ, & principia, & propriæ causæ, qui-
bus accidentia essentialia concluduntur, tanquam
proprijs medijs de suis proprijs, & essētialibus sub
iectis, qua solutione stante remotum est argumen
tum a suo uigore. ¶ Ad 13. quæ fuit talis, illud
Sol. ad 13. est medium in demon. per quod dissoluuntur quæ-
stiones contingentes in re. R. glosando maiorē hoc
modo, illud est medium, per quod tanquam per
causam, non tanquam per diffinitionem dissoluun-
tur quæstiones modo, & si per definitiones absoluū
tur quæstiones, tamen non ut definitiones, sed tan-
Al. Solutio. quam per causas medias. ¶ Vel aliter dicendum
concedendo maiorem, & respondendo ad minorē,
& dicimus ꝙ definitio est duplex, quædā quæ est
instrumentum diuisum a demon. 7. met. 42. & hæc
est solius substantiæ Auer. 4. met. 13. 7. met. 17.
19. ubi asserit definitio in rei ueritate non inueni-
tur, nisi in substantia & 2. post. 12. 20. 15. 6. met.
1. 11. met. 1. quædam uero est definitio demōstra
tiua 2. de anim. 26. 4. phys. 31. 1. de anim. 11.
4. cæli. 2. & hæc est illa, quæ dicitur principium
demon. ab Arist. 1. post. 64. 2. post. 47. & 46. in
epit. log. cap. de diffin. cap. de triplici specie diffin.
qua stante diffinitionis diuisione clarissime soluitur
argumentum, & ad minorem respondendo, ꝙ ue-
rum est ꝙ defin. absoluunt quæstiones contingen-
tes in re, tamen sunt illæ definitiones, quæ sunt prin
cipia, & causæ demon. non illæ, quæ sunt instrumē
ta diuisa a dem. ¶ Soluitur ratio 14. & dicimus,
Sol. ad 14. ꝙ definitio quando est in demon. deseruit demon.
pro medio & pro quæsito. i. una pars defin. quæ est
eā efficiēs nota deseruit pro medio, alia pars, quæ est
ignota ueluti est forma deseruit pro quæsito, v. g.
hæc definitio eclipsis est priuatio luminis in luna
ob interpositionem terræ inter Solem & lunam, ly
priuatio est ignota & demonstratur per interposi-
tionem, ut dicendo interpositio terræ inter Solem et
lunam est priuatio luminis in luna, sed eclipsis est
interpositio terræ ergo eclipsis est priuatio lumi-
nis, quando ipsa priuatio est demonstrata & noti-

ficata tunc ex ambabus partibus notis fit tota defi-
nitio, ut eclipsis est priuatio luminis in luna pro-
pter interpositionem terræ inter Solem & lunā, &
hæc est uera dubij solutio. Et si dices ꝙ illa causa
efficiens est definitio ut d. Auer. in 8. q. post. ergo
definitio esset medium in demon. soluas ꝙ non su-
mitur, ut definitio est, sed ut causa est. ¶ Sed curio Pulc. Dub.
sus logicus dubitabit dicēs, quomodo definitio edu-
citur a demon. ¶ Pro solutione est notandum, ꝙ Solutio.
definitio educitur in actu a demon. hoc modo, pri- Quō defi. educitur in actu a demon.
mo. s. faciendo demon. deinde ab illa demon. edu-
citur definitio, & demonstratio est talis, v. g. inter-
positio terræ inter Solem, & lunam, est priuatio lu-
minis in luna, eclipsis est interpositio terræ inter So
lem, & lunam, ergo eclipsis est priuatio luminis in
luna, iam est facta demon. scias quod hæc demon.
potentia est definitio. i. termini huius demon. qui ha
bent formam demon. habent potentiam recipiendi
formam definitionis, sed non habent in actu formā
defin. quia non possunt habere simul duas formas
do exemplum, v. g. lapides templi episcopatus in
actu habent formam templi, in potentia uero ha-
bent, & possunt recipere formam turris uel castri,
sed ad hoc, ut in actu recipiant formam turris uel
castri, necesse est prius, ut tales lapides remo-
ueantur a forma templi, unde oportet, si habent re
cipere formam aliam, ut prius remoueantur a for-
ma quam habent, & forma præsens corrumpatur,
a pari dicendū est, illimet termini, qui faciunt dem.
illimet faciunt defin. tamen oportet ut prius remo-
ueantur a forma demon. & postea recipiant formā
defin. Vnde dicamus resolute in hac demon. inter-
positio inter Solem, & lunam est priuatio luminis,
eclipsis est interpositio, ergo eclipsis est priuatio,
modo isti termini in actu habēt formam demon. ad
hoc, ut recipiāt formā defin. in actu oportet, ut de-
prauetur & corrumpatur forma demon. hoc modo Quomodo
faciendo. s. illud quod fuit primo sumptum in dem. demon. est
ultimo ponatur in defin. & illud quod fuit ultimo corruptibilis
loco positū in demōstratione ī primo loco ponatur, secūdum for-
defin. dicendo & sumendo minus extremum, quod mam.
est eclipsis pro diffinito, ut eclipsis est priuatio lumi
nis in luna pro genere, propter interpositionē ter-
ræ inter Solem & lunam pro differentia, & sic re-
sultat, per uariationem formæ demon. in actu defi-
nitio. ¶ Sed dubitatur, nam dictum est, ꝙ ly priua Dubitatio.
tio luminis in luna, quæ fuit ultimo sumpta in dem.
& primo sumpta in defin. tenet locum generis in
defin. & ly interpositio tenet locum differentiæ, si
hoc esset uerum, tunc sequeretur, ꝙ in hac demon.
concluderetur genus, quod est impossibile multas
ob causas, primo quia genus est substātia, & substā
tia non scitur per demon. 2. post. 15. 20. 6. met.
1. 11. met. 1. secundo genus non est prædicatum
primum 1. post. 36. sed est prædicatum per acci-
dens 2. post. 94. per accidens dico, quia non est pri
mum,

mum, & probatur, quoniam in demonstratione prius facta fuit conclusa haec conclusio, scilicet quod eclipsis est priuatio luminis in luna, pulchra quidem & subtilis dubitatio. ¶ Soluitur & pro sol. est not. quod in epit. log. cap. de diffinitionibus, definitio est duplex, quaedam imperfecta, & quaedam perfecta, illa quae est imperfecta est duplex, alia datur per formam solum, v. g. eclipsis est priuatio luminis in luna, alia datur per efficientem solum, v. g. eclipsis est interpositio terrae inter Solem, & lunam, & scias, quòd qualibet istarum est conuertibilis cum suo diffinito, definitio uero perfecta est illa, quae aggregatur & componitur ex his duabus imperfectis, hoc tamen modo fit ex illa, quae datur per formam tanquam ex genere, & ex illa quae datur per efficientem, ut ex differentia, ut dicendo eclipsis est priuatio luminis in luna propter interpositionem terrae inter Solem & lunam, nota tamen quod licet illa definitio data per formam, ponatur in definitione perfecta loco generis, tamen non est genus, quia est conuertibilis cum suo diffinito, sed est tanquam genus, quia ipsa primo ponitur, & ordinatur; sicut genus, ut in hac definitione, homo est animal rationale, ly animal est genus, & primo ponitur in hac definitione, & rationale, quod est differentia, ultimo ponitur, sic ly priuatio dicitur genus, non quin sit uere genus non conuertibile, ut animal, sed dicitur genus inquantum primo ponitur, & interpositio dicitur differentia, quia ultimo ponitur, quibus declaratis nota. quòd ly priuatio luminis concluditur in demonstratione, tamen non concluditur, ut uere genus, sed ut tenet locum generis in definitione perfecta, & aggregata, & sic intelligitur Auer. in epit. log. cap. de diffinitionibus, quando dicit. Sicque differentia hic est, quam accipimus demonstrationis principium, genus autem est, quod accipimus demonstrationis conclusionem. Vnde habeas dubitationem solutam, & pulchram defendendam conclusionem nempe, quod genus absoluatur per demonst. & aliam & pulcherrimam, scilicet quod demonstratio est corruptibilis, dico non corruptibilis, quo ad materiam, sed quo ad formam, nam ut dictum est ad hoc, ut definitio in actu educatur a demon. oportet ut remoueatur, & corrumpatur forma demonstrationis, qua remota & corrupta, tunc materia & termini demonst. recipiunt formam definitionis, alter esset impossibile. Vnde dicimus quòd dum termini demonstrationis habent in actu formam demon. non habent formam definitionis, quia sicut tegmen papiri tegit & cooperit literas, ut non uideri possint sic forma demonstrationis tegit, obumbrat, & cooperit formam definitionis, & sic ut detecto, & remoto tegmento, seu papiro a literis, literae manifestantur, sic a pari detecta, & remota forma demonstrationis statim detegitur, & fit clara, & in actu resultat forma definitionis.

Sol. notatu digna.

¶ Ad 15. rationem dicimus, quod illud est uerum, quod dicunt omnes, tamen non est uerum demonstratiuum, sed uerum top. apparens, & probabile, remanet ergo conclusio nostra uera, & demonstratiua, & ab omnibus aliorum calumnijs remota. medium in demon. simpliciter non esse definitionem, ut definitio est, sed ut uera & propria causa, qua distinctione soluuntur omnes auctoritates & rationes ductae, & quae duci possent. Sol. ad 15.

¶ Sed soliti sumus arguere, nam Auer. in 2. q. post. ait; Iam dubitaret quispiam de eo, quod ait Arist. & instituit conditionem demonstrationum simp. quod ipsarum medium sit causa maioris, hoc est eius definitio. Ex quo, arguatur illud, quod est expositiuum alterius, est notius illo, sed definitio est expositiua causae, ergo definitio, ut definitio est notior eâ, unde fiat ratio, medium in dem. debet esse notissimum, sed definitio est notior ipsa causa, ergo medium debet esse definitio, & non causa. Dubitatio.

¶ Soluitur supponendo unum ex Auer. 1. post. 11. & 95. medium in demon. esse formam, suppono pro dubij solutione, & aliud, quod causae 2. post. 48. 2. physic. 27. 8. met. 12. 5. met. cap. de principio & 1. de gen. anim. cap. 1. & 1. de part. an. cap. 1. in lib. de somno, & uigilia cap. 4. & 1. metaph. cap. 3. sunt quatuor 5. materia 1. physic. 82. finis 3. metaph. 3. efficiens 2. phy. 70. & forma 7. metaph. 60. his duobus sic stantibus, Auer. quando dicit causa, idest definitio dicit ad denotandum, quod non omnis causa est medium in demon. sed tantum causa formalis, dixit causa, idest definitio, quae definitio est forma 3. metaph. 3. & 7. metaph. 40. & 8. top. cap. 2. & 2. post. 20. & in lib. de substantia orbis cap. 1. Auer. clarius 8. metaph. 5. ubi asserit, definitio significat formam, & sic sequitur, quod definitio non est quid clarius neque notius ipsa causa, & non per hoc sequitur, quod medium in demon. sit defin. ut definitio, & non ut causa. Solutio.

¶ Contra arguatur probando, quod Auer. quando d. causa. i. definitio per definitionem non intelligit causam, quae est forma, sed causam efficientem, & tex. Auer. est clarus in 8. quaesi. post. ubi dicit sic, & similiter si poneremus minus extremum ipsam eclipsim, & diceremus nunquid eclipsis sit cessatio luminis Solis a luna, esset demonstratio largiens nobis quiditatem rei per suam causam, hoc est eius definitionem, & intelligit per defin. causam efficientem (ut superius) dando exemplum de dem. ipse. d. ergo per defi. non intelligit causam formalem. Replica. *¶ Soluunt quod Auer. loquitur de efficiente, quae est diffi. imperfecta, tamen illa eam efficiens non ut efficiens sumitur, sed ut tenet locum formae. Nos autem pro nunc dicamus* Solutio.

mus cum ipſis alias dabitur locus aliter dicendi.
Ex his omnibus ergo ſequitur non obſtante ratione
in contrarium facta, quòd medium in demon. non
Replica. ſit definitio, ut definitio, ſed ut cauſa. ¶ Contra
quam ſolutionem adhuc inſto difficili ratione, ſi
medium potius moueretur ſub titulo cauſæ, quam
ſub nomine definitionis, tunc ſequeretur maximũ
abſurdum, ſcilicet demonſtrationem non fieri ex
conuertibilibus, & proprijs, quod eſt cõtra Ariſt.
1. poſt. 9. 66. & 2. de gen. anim. cap. 6. proba-
tur ſic, cauſa ut cauſa eſt ſemper natura prior eo,
cuius eſt cauſa. 5. metaph. cap. 2. 1. phyſ. 2. 1.
poſt. 12. Ariſt. ſed illa quorum unum eſt prius,
natura altero, non ſunt ad inuicem conuertibilia in
poſt prædica. cap. de priori. Ariſt. ergo ſi mediũ
eſſet cauſa, & non definitio, tunc ſequeretur præ-
dictum inconueniens, ne ergo ſequatur, melius
dicendum, quòd medium eſt definitio, & non cau-
ſa, cum definitio omnis cum ſuo diffinito ſit con-
uertibilis 3. phyſ. 1. & 71. metaph. 42. Auer. &
Solutio. in cap. de diffinitionibus. ¶ Soluitur gloſſando
minorem hoc modo, quòd tunc aliquod. quod eſt
prius natura altero, non conuertitur cum illo, quã-
do illud fuerit genus, ut animal eſt prius natura
homine, tamen non conuertitur cum homine, at
quando aliquod eſt cauſa alterius, licet ut cauſa
ſit natura prius illo, tamen conuertitur cum illo cu
ius eſt cauſa, ut rationalitas eſt cauſa hominis, &
natura eſt prior homine, tamen conuertitur cum
homine, ad propoſitum ergo medium in demon-
ſtratione eſt cauſa, & prius ſuo cauſato, tamen eſt
Replica. conuertibile. ¶ Sed dubitatur, nam dictum eſt,
quòd quando aliquod eſt prius aliquo, & eſt ge-
nus tunc non conuertitur, at quando aliquod eſt
prius aliquo, & eſt cauſa illius, tunc conuertitur.
Contra arguatur, Auer. 2. poſt. 94. ait quòd ge-
nus eſt cauſa ſpeciei, modo genus eſt natura prius
ſpecie, & eſt cauſa ſpeciei, ergo genus conuertere
tur cum ſpecie, & per conſequens genus eſſet me-
dium in demon. quod eſt contra Ariſt. in cap. de
ſubſtantia & cõtra Auer. 1. poſter. 41. 2. poſt. 94.
Solutio. ¶ Soluitur, ꝙ cauſa, quæ eſt prior natura, eſt du-
plex, quædam communis ueluti eſt genus, quod eſt
cauſa cõmunis, & eſt natura prius ſua ſpecie, quæ-
dam eſt cauſa propria, tunc dicendum ꝙ ſolutio ſu
perius aſſignata intelligitur de cauſa propria & eſ-
ſentiali, non de cauſa communi, & generica, & ſic
ſequitur ꝙ medium debet eſſe cauſa, dico prior na
tura ſuo cauſato propria eſſentialis, & conuertibi-
lis cum illo. Vnde exponatur tex. nouus 1. poſt.
principia debent eſſe cauſa, cauſa dico propria ſui
cauſati & conuertibilis cum illo & prior natura
Replica. illo. ¶ Sed contra, nam Ariſt. uolens probare in
2. poſt. 20. & 21. ꝙ definitio non poteſt probari
de diffinito per demon. dicit ꝙ ſi definitio demon-
ſtraretur de definito, oporteret demonſtrari per
medium, quod eſſet definitio. Quærit Ariſt. an
illa definitio, quæ ſumeretur pro medio eſſet eadẽ
cum illa, quæ demonſtraretur aut diuerſa, ſi eſſet
eadem, tunc ſequeretur petitio in principio; quia
demonſtraretur idem per idem, & ſumeres illud
quod quæris, adeo quod idem eſſet quæſitum, &
medium, quod impoſſibile, aut illa definitio, quæ de-
monſtratur, eſt diuerſa ab illa, quæ eſt medium, ſi
eſt diuerſa, tunc ſequeretur, quòd unius rei eſſent
duæ definitiones, & per conſequens duæ formæ,
quod eſt maximum abſurdum, ne ergo ſequantur
hæc duo inconuenientia cõcludit Ariſt. quòd defi.
non poteſt demonſtrari de ſuo diffinito. In qua
ratione Ariſt. clare dicit quod medium in demon.
debet eſſe defin. ut defin. & in hoc conſiſtit ratio-
nis difficultas, ut intelligenti patet. ¶ Soluitur hæc Solutio.
ratio illa ſolutione, qua omnes fuerunt ſolutæ, licet
Ariſt. ſumat definitionem pro medio, tamen non
ut definitio eſt, ſed ut propria cauſa, qua median
te prædicatum de ſubiecto concluditur.
¶ Sed dices quare definitio non poteſt demonſtra Dubitatio.
ri de diffinito? ¶ Reſpondet Ariſt. & dicit: quia Solutio.
ſequeretur petitio, & unius rei eſſent duæ formæ,
Auer. in 2. poſt. 21. dicit ꝙ ideo diffin. non demon
ſtratur de diffinito, quia inter diffinitum & diffin.
non eſt medium, pulchra quidem ratio. ¶ Sed du Dubitatio.
bitabis, uidetur enim ꝙ definitio poſſit demonſtra-
ri de definito, Auer. in 8. q. poſt. & in c. de diffin.
& 8. met. 13. nam priuatio luminis in luna demon
ſtratur de eclipſi & demonſtratur per aliam diffi.
ut per interpoſitionem terræ, ut dicendo interpoſi-
tio terræ inter Solem & lunam eſt priuatio lum. in
luna, eclipſis eſt interpoſitio terræ, ergo eclipſis eſt
priuatio lum. modo in hac demonſt. demonſtratur
definitio. ſ. priuatio lum. de eclipſi tanquàm de dif-
finito per medium, quod eſt alia definitio, ergo de-
finitio demonſtratur de diffinito per aliam definitio
nem. ¶ Soluitur Auer. in locis alleg. & 2. poſt. Solutio.
21. & eſt ſciendum ꝙ defi. eſt duplex, quædam cõ
pleta & perfecta, & eſt illa quæ datur per formam
& efficientem ſimul ut eclipſis eſt priuatio luminis
in luna propter interpoſitionem terræ inter Solem,
& lunam, quædam eſt definitio incompleta, im-
perfecta, & hæc eſt duplex, una ſolum datur per
formam, & eſt hæc, eclipſis eſt priuatio luminis,
alia datur ſolum per efficientem, ut eclipſis eſt in-
terpoſitio terræ inter Solem & lunam, unde dicen-
dum quòd uerum eſt, quòd definitio demonſtra-
tur de diffinito per aliam definitionem, tamen eſt
notandum, quòd illa definitio, quæ demonſtratur
eſt definitio incompleta aſſignata ſolum per for-
mam, non eſt definitio completa, quia hoc eſt im-
poſſibile, & demonſtratur per aliam definitionem
incompletam. i. per illam, quæ datur ſolum per cau
ſam

Cõclusio defendenda. sam efficientem. Vnde defenditur conclusio, quæ est talis. s. definitio demonstratur de definito per aliam definitionem, & definitio non demonstratur de definito per aliam definitionem, & nota φ adhuc definitio incompleta non potest demõstrari de diffinito per aliã definitionem incompletam, dummodo fuerint in eodem genere definitionis, & in eodem genere causæ, sed conclusio nostra intelligitur hoc modo, scilicet quod definitio incompleta assignata per formam, quę forma est unum genus causæ, demonstratur de definito per aliam definitionem assignatam per causam efficientem, quæ causa efficiens est aliud genus causæ a forma, tamen definitio incompleta data per formam non potest demonstrari de definito per aliam definitionẽ assignatam per eandem formam, quia tunc sequerentur eadem absurda, quæ sequebantur in ratione superius facta. Vnde habeas studiosissime iuuenis has pulchras conclusiones, una solutione defendendas secundum ueritatem peripateticam, & secundum ueram Auer. mentem. Et quoniam omnes aduersariorũ rationes fuerunt solutæ per illam distinctionem, ut definitio, & ut causa, quã peripateticã esse demõstrauimus. quã ex Eustratio in prol. 2. post. confirmamus, & sic Deus benedictus, qui est causa causarum, dirigat nos ad ueritatem.

FINIS PRIMI QVAESITI.

QVAESITVM SECVNDVM, AN CAVSA MATERIALIS SIT MEDIVM IN DEMONSTRATIONE SIMPLICITER.

Procemium.

LVMINVM clarissima lux, qua omnes aliæ ueritates illustrantur, me per umbras materiæ tutum ab errore per filium hominis ducas in te ipsum. Et quoniam quidam expositores hoc quæsitum aggredientes minimis quidem, ac paucis medijs probare enituntur, causam, scilicet materialem esse medium in demonstratione, sed quoniam adsunt arduæ, & perdifficiles rationes, & auctoritates ab aliis ignoratæ, propterea an hæc sit uera, & germana Aristotelis, eiusque commentatoris Auer. opinio, iuxta eorundem sanctiones, traditionesque singulare quæsitum in lucẽ edere nobis placuit, in quo quærimus, an medium in demonstratione simpliciter sit causa materialis. Verũ ut clarius, distinctiusque id, de quo quærimus, intelligatur: eundem prorsus seruabimus ordinem, sicut in cæteris. Primo aduersariorum narrabuntur rationes. Secundo propria, ac uera Aristotelis & Auer. dicetur opinio demonstratiuis rationibus cõfirmata. Postremo aduersariorũ obiectionibus satisfaciemus.

Ordo procedendi in quæsito.

ALIORVM OPINIO. CAP. PRIMVM.

1. Ratio.
ILLA causa est medium in demonstratione simpliciter, quæ est intrinseca, cum eo cuius est causa Auer. 1. post. 35. clarius in 8. quæsi. post. atque causa materialis est intrinseca, ut ibidẽ, & 2. phy. 1. Auer. ergo, causa materialis est medium in demonstratione simpliciter.

2. Ratio. Amplius Arist. 2. post. 49. loquens de medio demonstrationis affert exemplum, quo causa materialis sit medium in demonstratione, & ut scribit Auer. in paraphrasi, demonstratio posset componi hoc modo, omne compositum ex contrarijs est generabile, & corruptibile, sed omne animal est compositum ex contrarijs, ergo omne animal est generabile, & corruptibile, in qua demonstratione si aliquis quæreret, propter quid animal est corruptibile, posset dicere, quia est compositum ex contrarijs, & sic materia erit medium. Quod clarissime Arist. 1. cæli 20. asserit cælum non esse corruptibile, quoniam non est compositum ex materia, & contrarijs, & Auer. in 8. met. 4. & 12. idem 12. met. 10. & 1. phy. 63. & 8. physic. 79. & in libro de sub. orbis. cap. 1. 2. & 3. 1. cæli 22. & 92. & 2. cæli 1. & 36. 37. & 71. & 3. cæli 25. quæ omnes auctoritates manifestant, corruptionis causam esse materiam, & contrarietatem. Sed alio exemplo Arist. utitur in textu ab illo, quo utitur Auer. ideo ad illud pertranseamus, omne dimidium duorum rectorum est rectum, sed angulus, qui est in semicirculo, est dimidium duorum rectorum, ergo angulus, qui est in semicirculo, est rectus. Vnde sumatur Confirmatio.

matur b. pro medio termino qui est materia, in quo
ponatur dimidium duorum rectorum, & a. pro ma
iori extremo, in quo ponatur rectum, et c. pro mino
ri extremo, in quo ponatur angulus qui est in semi-
circulo, & sic concluditur a. de c. per medium b.
ut omne b. est a. omne c. est b. ergo omne c. est a.
& sic facta est demonstratio in qua medium est ma
3. Ratio. teria. ¶ Amplius forma est medium in demon-
stratione simpliciter 2. post. 95. Auer. & in epist.
de primitate prædicatorum, sed materia est forma
ergo materia est medium in demonstratione simpli
citer: minor est Arist. 4. phys. 49. ubi asserit, idem
est materia & actus, sed actus est forma, 2. de ani
ma 2. 25. ergo idem est materia & forma.
4. Ratio. ¶ Amplius illa causa est medium in demon. quæ
est causa scientiæ, sed materia est cā scientiæ, ergo
materia est mediū in dem. minor probatur, materia
est cā contrariorū 10. met. 14. 8. met. 14. sed mate
ria est causa ignorantiæ 1. post. 178. quæ ignoran
tia est contraria scientiæ, in prædicament. cap. de
5. Ratio. qual. ergo materia est causa scientiæ, ergo mate-
ria est medium in demonstratione. ¶ Amplius
medium in demonstratione 1. post. 116. 94. 54. 2.
post. 94. 95. 97. & in quæsi. 2. post. debet esse
causa maioris, idest passionis, sed materia est cau
sa pass. 1. de gener. & cor. 54. 9. met. 2. ergo ma-
6. Ratio. teria erit medium in demōstratione. ¶ Amplius
regula est notissima & talis, causa causæ est causa
causati, sed forma est causa scientia 3. met. 3. &
materia est causa formæ 1. phys. 70. 2. phys. 30.
3. phys. 65. 7. met. 9. ergo materia est medium.
Vnde ratio, medium in demonstratione est causa
7. Ratio. scientiæ, sed materia est causa scientiæ, ergo mate-
ria est medium in demon. ¶ Amplius medium in
demon. est causa propter quam res est, & ab illa
habet esse, Arist. 1. post. 7. & Auer. 1. post. 11.
quæ non est nisi forma 2. post. 48. 58. 8. met. 12.
1. de part. anim. cap. 1. Auer. 7. met. 60. Arist.
2. de anim. 2. 7. 8. & 9. & 60. sed accidentia cō
cluduntur per demonstrationē 2. post. 12. quæ ac-
cidentia habent esse, & sunt propter materiam 4.
8. Ratio. met. 2. & 7. met. 4. ergo materia est medium in
demonstratione. ¶ Vltra medium in demonstra-
tione est forma 2. post. 95. 53. Auer. sed mate-
ria est forma, ut in solutione patebit, ergo materia
9. Ratio. erit medium in demonst. ¶ Rursus & subtilius,
forma est medium 2. post. 95. sed materia est for-
ma, ergo materia erit medium. probatur, illud,
quod est in actu mouendi intellectum, & in actu
existendi, & in actu realiter operandi, est forma,
ut liquido patet, sed materia est huiusmodi, quia
materia est per se intelligibilis, cum sit ens per se,
& per se existit, 7. met. 8. quia ipsa non inhæret,
neq; suū esse potētiale habere pōt materia a forma,
& materia operatur, quia ipsa coagit formæ, quia
principium causat formā, causat operationē effecti
ue factam a forma, ergo materia est forma, sed
forma est medium, ergo materia est medium.
¶ Amplius, illa causa est medium, per quam 10. Ratio.
maxime res cognoscitur 1. post. 70. sed per mate
riam res maxime cognoscitur, ergo materia est me
dium. minor probatur, nam per illam causam res
maxime cognoscitur, quæ est nobilior 3. met. 3.
Auer. sed materia est nobilior, ergo probatur quia
materia 1. phys. 82. est æterna. ¶ Amplius, il- 11. Ratio.
la causa est medium in demonstratione, propter
quam res est 1. post. 7. sed materia, 2. de anim.
8. Auer. est causa, propter quam res est, ergo
materia est medium in demonstratione. ¶ Am- 12. Ratio.
plius Auer. in 8. quæsito poster. dicit materiam
esse medium in demonstratione simpliciter his utēs
uerbis, Arist. putat, quod demonstrationes, ex qui-
bus educuntur definitiones, quæ sunt definitiones,
quas ipse uocat demonstrationes, positione differen
tes, sunt demonstrationes, quibus contingit, quod
ipsarum termini medij sint causæ, quæ sunt, ex-
tra ipsam rem, & in re, quæ sunt ipsum agens, &
ipse finis, & materia, & forma, ex quibus luce
clarius sumitur, materiam esse medium in demon
stratione, istæ ergo sunt rationes, quibus proba-
tur a nobis pro parte aduersa, materiam esse me-
dium in demonstratione, quas recensere uoluimus,
ut studentibus detur disputandi occasio.

QVAESITI VERITAS. Cap. II.

PEripatetica fides, ac Auer. indubitata est sen
tentia, materiam non esse medium in demon-
stratione simpliciter, quam rationibus confirmare
& auctoritatibus corroborare, ad aliorum satisfa-
ctionem non erit inutile. ¶ Prima sit ista, mediū 1. Ratio.
in demonstratione simpliciter primo posteriorum
duodecimo est notum nobis, & naturæ, sed mate-
ria est secundum se, & natura sua ignota 7. met.
35. 1. physic. 69. in libro de sub. orbis, cap. primo
ergo materia nequit esse medium in demonstratio-
ne. ¶ Amplius, illa causa est medium in de- 2. Ratio.
monstratione: qua posita ponitur effectus, & re-
mota remouetur 2. poster. 58. in epist. de prim.
prædicatorum Auer. sed posita materia non po-
nitur res, cuius est materia, ut dicit Auer. septimo
met. 37. dum materia est, res non est, ergo materia
non est medium in demonstratione.
¶ Amplius. nullum infinitum est causa finiti, quo 3. Ratio.
niam finiti ad infinitum nulla est proportio. 1. cæli
52. & 64. Arist. immo infinitum caret principio
& fine 1. de gener. animal. cap. 1. 3. physic.
30. & quod est infinitum non continetur a scien-
tia, neque est pars scientiæ, & artis demonstra-
tiuæ quinto physic. 5. sexto met, 6. sed mate-
ria est infinita, immo causa infinitatis 3. physic.
59.

59. 60. 65. in lib. de sub. orbis c. 1. 3. cœli 72.
3. phy. 67. 68. 72. 4. phy. 38. 49. 1. cœli 61. 3. cœ-
li 6. & 4. cęli 40. sed scientia est finita quoniam
finitorum non autem infinitorum est 1. cœli 35.
50. Arist. & Porph. c. de specie, ergo omnibus his
de causis materia non potest esse medium in de-
mon. cum medium debeat esse finitum termina-
tum, & causa finitæ & determinatæ scientiæ.
4. Ratio ¶ Rursus, nullum ignotum est medium in demon.
cum demonst. constet ex notioribus 1. post. 9. &
6. top. in 1. loco def, sed materia est ignota, quia
est infinita (ut probatum) & infinitum, secundum
quod infinitum, est ignotum 1. phy. 35. Arist. 3.
phy. 65. ergo materia nequit esse medium in de-
5. Ratio. mon. ¶ Amplius, illa causa est medium in de-
mon. cuius finis est ire ad aliquid, nempe ad scien-
tiam 1. post. 9. & 1. prio. c. 1. 2. post. 100. scientia
est finis demon. sed materia est causa ire ad nihil
6. Ratio. 3. physi. 60. ergo materia non est medium. ¶ Præ
terea illa ingrediuntur demon. simp. quæ sunt in
primo, & secundo modo dicendi perse 1. post. 35.
153. Arist. sed materia non est in primo, nec in se
cundo modo, ergo materia non ingreditur demon.
minor probatur, nam quæ sunt in primo modo,
omnia sunt formalia prædicata, ut genus & diffe-
rentia, quę sunt formę 2. phy. 28. & in quęsi. post.
c. de definitionibus & 2. phy. 91. 92. & 7. met.
43. & definitio. 5. met. 3. 7. met. 35. 2. post. 20.
21. & in 1. c. de subst. orbis Auer. quæ forma non
est materia 2. phy. 70. sæpe efficiens forma & fi-
nis coincidunt, materia nunquam, immo 1. de ani-
ma 6. 12. met. 8. 26. & 8. met. 15. & 7. met. 31. 5.
phy. 9. 5. met. 14. potētia & actus sunt differentiæ
ualde oppositæ, quæ potētia arguit materiam 2. de
anima 2. 25. actus uero formam, ergo materia nō
est in primo modo, non est in secundo, quoniam
quæ sunt in 2. modo sunt accidentia essentialia 1.
post. 31. Arist. 44. 35. & 153. sequitur ergo de-
monstratiue, materiam non ingredi demon. non so
lum ut medium, sed ut probatum neque ut quæsi-
tum. ¶ Amplius illa causa non est medium in de-
7. Ratio. mon. quæ est causa ignorantiæ, & non scientiæ,
quoniam medium est causa scientiæ 1. post. 7. 11.
8. & 9. sed materia 1. post. 178. Auer. & 181.
est causa ignorantiæ, ergo non potest esse medium
8. Ratio. in demon. ¶ Amplius illa causa, quę impedit ueri
tatem in scientijs, non est medium in demon. quia
medium est causa scientiæ, & facit scientiā 1. post.
11. Auer. sed materia impedit ueritatem in scien-
tijs 1. post. 178. ergo materia non est medium in
9. Ratio. demon. ¶ Rursus illud, quod est causa eius, quod
est per accidens, nullo modo ingreditur demon. 1.
post. 41. 56. 2. post. 94. Auer. sed materia est cau
sa eius, quod est per accidens in scientijs 1. post.
178. Auer. ergo materia non ingreditur demon.
10. Ratio. non est medium in demon. ¶ Vltra id quod est cau
sa deceptionis, & apparentiæ, non est causa scien-
tiæ & ueritatis, non est medium in demon. sed
materia est causa deceptionis & apparentiæ 1. de
gen. animal. c. 1. Auer. ergo non est causa scien-
tiæ, & ueritatis, non ergo est medium in demon.
¶ Amplius illa causa est medium in demon. pro- 11. Ratio.
pter quam res est 1. post. 7. scire est rem per cau-
sam cognoscere, propter quam res est, quæ non ni-
si forma est 2. post. 48. 58. 8. met. 12. & 1. de par.
ani. c. 1. Auer. & 7. met. 37. ac in tex. 60. Arist.
sed materia non est causa propter quam res est 7.
met. 37. sed potius ex qua res est 1. physi. 82. 5.
met. 2. 2. phy. 28. 8. met. 12. 1. de par. ani. c. 1. &
1. de gen. ani. c. 1. & 1. de gen. & cor. 14. definiēs
materiā Arist. d. q. est primum subiectum, ex quo
fit aliquid, non d. propter quod est aliquid, nec non
2. phy. 10. ergo materia nequit esse medium in de
mon. ¶ Amplius Arist. 1. post. 26. 27. quæ ingre 12. Ratio.
diuntur demon. debent adinuicem prędicari in illis
uerbis, uerum neque hoc possibile, præterquam in
ijs, quæcunque se inuicem consequuntur & in tex.
56. asserebat, propter ipsum igitur oportet & me-
dium tertio, & primum medio inesse. Sed mate-
ria in lib. de long. & breui. uitæ c. 2. 1. phy. 52.
62. 7. met. 34. 43. 45. 9. met. 12. 1. met. 17. 7.
phy. 15. non prædicatur ergo materia medium in
demon. ¶ Amplius Auer. 1. de anima 6. 12. met. 13. Ratio.
8. 26. 8. met. 15. 7. met. 31. 5. phy. 9. 5. met. 14.
potentia & actus sunt differentię entis ualde oppo
sitæ, quoniam habent oppositas operationes, & op
positorum oppositæ sunt proprietates, nam actus
est ratio cognoscēdi sciendi & intelligendi 9. met.
20. potentia uero est ratio occultandi, si ergo ma-
teria est causa occultandi, ergo non est causa mani
festandi, sciendi, sicut debet esse mediū in demon.
sequitur ergo materiā non esse medium in demon.
¶ Ex quibus fiat uniuersa, & totalis ratio, materia Ratio uniuer-
non potest esse medium in demon. quia est ignota salis.
7. met. 35. ipsa posita non ponitur res 7. met. 37.
ipsa est infinita & causa infinitatis 3. phy. 59. 60.
65. 67. 69. 72. 3. cœli 72. 4. phy. 38. 49. 1. cœli 6.
3. cœli 6. 4. cœli 40. ipsa est cā ire ad nihil 3. phy.
60. est cā ignorātiæ, & eius quod est p accidēs 1.
post. 178. est causa deceptionis & apparentiæ 1.
de gene. ani. c. 1. Auer. hisce ergo de causis omni
no expellatur materia a demon. tanquam inutilis,
& in tali nobilissimo instrumento nullam habens
potestatem. Hinc quidem non immerito mathema
ticæ demon. obtinent principatum, cum procedant
per causas immateriales mathematicas, quę causæ
mathem. cum causæ sint, necessario sunt naturę co-
gnitę, cum uero sint sensatæ, sint nobis notæ 1. post.
101. quoniam abstractæ sunt ab eo, quod impedit
faciliorem apprehensionem nostram. i. a materia
sensibili, immo Auer. 1. post. 178. laudans unam
scientiam esse certiorem alia d. sic, scientia enim
quę

quæ sua subiecta considerat, a materia abstracta certior est, quam illa, quæ proprior est materiæ, huius autem causa est, quia materia est causa, qua inueniatur in scientijs id, quod est per accidens, id autem quod est per accidens multum impedit ueritatem in scientijs, quorum omnium clarissimã scribens conclusionem Au. in 6. disp. in sol. 2. duby diccbat. Vnde dicimus quòd manifeste apparet ex philosophorum conclusionibus quòd ens incorporeum est in se puro scientia tantum, ipsi enim opinati sunt, quòd formę sunt inscientes, prout consistunt in materia, & si forte inueniretur aliquid in materia non consistens, manifestum est, quòd est pura scientia, & hoc patefit apud eos omni ratione, quid ergo clarius? ¶ Amplius illud quod non habet conditiones alicuius, non est illud, sed materia non habet conditiones pertinentes ad medium demon. simp. (ut supra probatum) ergo materia non est neque potest esse neque meret esse mediũ in demon. simp. non immerito ergo si materia propter sui defectum pessimis solet appellari nominibus, nempe femina secundum quòd ipsa indiget agente. turpe secundum quòd priuata. fraus secundũ q̃ ẽ transmutabilis latens in tenebris, secundũ q̃ est potẽtia est sicut opacitas obtenebrãs lucem. fex subsidens causa corruptionis 1. phy. 63. 7. met. 53. causa passionis 1. de gen. & cor. 54. 2. de gen. & cor. 53. est causa mortis, ruinæ perditionis desiderij, morbi, maleficij, & si est causa tanti mali immo ipsa est malum 12. met. 54. quomodo erit possibile esse medium in demon. & esse causam scientię & tanti beneficij propter quam omnia hæc inferiora caduca sunt & mortalia, superiora uero eius carentia, omnia æterna, sempiterna, seculis omnibus existunt, ut Arist. 1. cæli 20. & 2. cæli 1. & 13. notatum reliquit. quibus stantibus liceat omnibus causã materialem pro medio demon. nullo pacto admittere eamq; tanquam quid inutile a demon. expellere, licentia tamen habita ab Arist. & Auer.

ADVERSAE PARTIS RATIOnes soluuntur. Cap. III.

INSPECTA quæsiti ueritate, eaq; ualidissimis rationibus cõfirmata, ac Arist. & Auer. sententijs corroborata operæpretium est argumẽta in oppositũ ducta eradicare. ¶ Primo dicimus ad 1. glosando maiorem hoc modo, s. quòd mediũ in dem. est causa intrinseca, & ẽt debet esse conuertibilis, quia non sufficit, quòd sit intrinseca solũ, & debet esse in primo modo dicendi per se, huiusmodi non est materia, quoniam & si materia sit causa intrinseca, tamen non est conuertibilis, ut d. Arist. 2. post. & Auer. 59. ut domus est, ergo sunt lapides, at non ualet lapides sunt, ergo domus est, ecce q̃ lapides sunt materia domus, & talis materia non conuertitur, quod firmans Auer. 7. met. 37. dum materia est res non est ultro materia est causa eius, quod est per accidens, & multum impedit ueritatem in scientiis 1. post. 178. & quoniã accidens non enunciat conuertibilitatem, tanto magis id, quod est causa eius, quod est per accidens non conuertibilitatem enuntiabit, ex quibus sequitur quòd cum materia ipsa, licet sit intrinseca, quia nõ est cõuertibilis, & non est in primo modo, relinquatur ergo pro impossibili, q̃ materia sit mediũ ĩ dem.

Ad 1. sol.

Replica. ¶ Sed dices 2. post. 95. 58. forma est mediũ in demon. sed materia & forma sunt idem 4. phy. 49. ubi inquit, si igitur idem est materia, & actus, ergo illas conditiones, quas habet forma habebit materia, nempe quòd sit intrinseca conuertibilis, & in primo modo dicendi per se, & per consequẽs materia erit medium in demon.

Cõfirmatio. ¶ Quod confirmans Auer. 2. de anima 7. & 10. met. 23. dicebat materia non differt a forma, ergo uidetur q̃ cum materia non differat a forma non potest excludi a demon.

Solutio. ¶ R. Arist. & se ipsum exponit, ideo dicamus cum ipso d. ipse in tex. idem est materia & actus. i. una eadem res est materia & forma, ut aqua actu est materia, & in potentia est actus. i. forma aeris, quod declarat in illis sequentibus uerbis, quando d. est enim aqua ambo, sed hoc quidem potentia illud uero actu, exemplum clarum u. g. aurum est materia, & actus. i. est in actu materia in actu aurum, & potentia actus. i. in potentia est. i. habet actum. i. formam anuli, ex quibus sumatur, q̃ materia ut materia non potest esse actus. i. forma & cum non sit neque potest esse forma, licet possit recipere formam, non est medium in demon.

Ad confirmationem. ¶ Ad confirmationem quoq; dicimus, quòd materia non differt a forma. s. in composito, quia non differunt subiecto, sed sunt idem subiecto, sed materia differt a forma potentia ueluti Auer. se ipsum declarat 2. de anima 7. unde sumatur, materiam esse diuersam a forma 5. met. 33. Arist. ubi asserit forma, & materia diuersa genere & per consequens non posse esse medium in demon.

Sol. ad 2. ¶ Secunda rationi R. hoc modo supponendo unum, q̃ demon. in doctrina Auer. est triplex nempe simp. 1. post. in prolog. 1. phy. in prolo. 1. post. 8. 95. & 8. quęs. post. 1. phy. 2. & 1. colliget. in prol. 2. cæli 35. & in epi. log. c. de demonst. 1. post. 10. 178. Alia est demon. propter quid, alia autem demon. quia 8. phy. 58. & 5. colliget. c. 24. 3. met. 5. qua triplici demonstrationis specie sic stante ex Arist. corroboranda 1. post. 7. 19. 22. 23. 35. 42. clarissime tamen tex. 152. nominat scire simpliciter in tex. uero 48. 49. 51. 55. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. nominat propter quid & in tex. 23. inter alios tex. nominat scire quia, quibus stantibus dicendum, quòd quando Arist. in 2. post. 48.

asserit materiam esse medium in demon. intelligit de demon. propter quid, non de demon. simp. quę demon. propter quid, ut patet 2. post. a tex. 48. usq; ad tex. 52. procedit per omne genus causæ.

Dub. ¶ Sed dubitabis, si materia est mediũ in demon. propter quid, ergo erit medium in demon. simp. probatur, quoniam Auer. 1. post. 99. & 178. in c. de dem. & in c. de qual. fac. demon. uolens nominare dem. propter quid, uocat ipsam simpliciter, ex quo uidetur quòd si uno nomine utitur Auer. in utraq; demon. ꝙ non sit differentia.

Sol. ¶ Soluitur, ꝙ mos est Auer. uocare demon. propter quid simp. uerum nota ꝙ ly simp. sumitur bifariam uno modo simp. idest uniuersaliter, unde hac de causa dicitur demon. simp. idest uniuersaliter, quia absoluit omne quæsitum, idest esse, & causam 1. post. 7. 8. & in quæs. 8. post. Alio modo dicitur simp. idest naturaliter, ut 1. post. 12. & 1. phy. 2. quo stante dicimus, ꝙ maxima est differentia inter demonst. simp. & propter quid, quoniam demon. simp. uno examine absoluit utrunq; quæsitum, teste dilucidissimo Themistio 2. post. 2. demon. autem propter quid ideo solet uocari ab Auer. simp. quia continet medium terminum. qui est notus simpliciter idest naturaliter ad differentiam demon. simp. cuius medium est notum nobis & natura 1. post. 12. Auer. & 101. etiam sic differt propter quid & simp. etiam id quod est medium in una demon. non est medium in alia, ueluti materia, quę est medium in demon. propter quid non est medium in demon. simp.

Dub. ¶ Sed dices, si dictum est, ꝙ materia est causa ignorantię, & eius quod est per accidens, & causa deceptionis, & apparentiæ, quomodo potest esse mediũ in demon. propter quid, quę est uera demon & facit perfectissimam scientiam? quam Græci omnes prędicant immo ad sydera extollunt quam uocat Philoponus 1. phy. 2. modum demonstratiuum per primas regulas demonstrationis. ¶ Respondent nonnulli, & dicunt, ꝙ materia est duplex 7. met. 34. 35. Arist. & 39. 8. met. 15. et 5. met. 3. quædam sensibilis, quædam intelligibilis, sensibilis ut æs et lignum, intelligibilis uero, quæ in sensibilibus existit, tunc dicunt ꝙ materia, quæ est medium in demon. propter quid non est materia sensibilis, quia tales demon. propter quid fiunt in mathematicis scientiis. 1. post. 101. et 103. quę scientiæ mathem. non considerant aliam causam nisi formalem 1. phy. 1. et in epit. log. c. de qual. fac. demon. Auer. et si demonstrant per materiam nõ demonstrant per materiã sensibilem, sed per materiam intelligibilem, signum est clarissimũ, quia Arist. 2. post. 49. assignans exemplũ de demon. propter quid in qua medium est materia, exemplificat de causa materiali intelligibili, quando d. omne dimidium duorum rectorum est rectum. sed angulus, qui est in semicirculo, est dimidium duorũ rectorum, ergo angulus qui est in semicirculo est rectus, in qua demon. ly dimidium duorum rectorum est materia, et sic materia erit medium in demon. propter quid.

¶ Sed dubitabis, quomodo intelligitur ꝙ ly dimidium sit materia in hac demon. supradicta. Dub.

¶ Soluitur ex Auer. 4. phy. 49. 7. met. 35. 39. 5. met. 3. 2. phy. 31. ꝙ pars se habet ueluti materia totius, totum uero se habet ueluti forma, quo supposito sic stante, ut ab omnibus intelligatur, do exemplum clarissimum. oportet enim pro obscuris clara exempla inducere 2. ethic. cap. 2. u. g. lapides sunt una pars domus, et sunt materia domus, quia sunt una pars domus, et domus est forma, quia est totum, modo a simili dicamus, quòd ly dimidium est pars recti, et cum sit pars, ideo dicitur materia, & ipsum rectum est totum, sequitur ergo ꝙ cum ly dimidium sit pars, & cum sit pars est materia, & hoc dimidium sumitur pro medio in demon. ergo materia erit medium in demon. & sic habes curiose iuuenis, quomodo intelligitur ly dimidium esse materiam. Sol.

¶ Sed hæc quæ dicta sunt pariunt difficultatem in doctrina Auer. uult enim Auer. in 2. post. 49. ꝙ exemplum datũ de illa demon. supra dicta potius sit exemplum ostendens medium esse causam formalem, adeo ꝙ ly dimidium duorum rectorum sit forma, & definitio, non materia, & cum Auer. multi concordant, eoque magis quia tex. Arist. defendit Auer. ex quibus uidetur ly dimidium non esse materiam. & per consequens adhuc sumus incerti quõ materia sit mediũ in demon. Dub.

¶ Sed aliter est dicendum. & pro intelligentia est sciendum, ꝙ Arist. definiens syllogismum 1. priorum c. 1. & 1. top. c. 1. in libro de motu anim. c. 4. dixit syllogismus est oratio in qua quibusdam positis, alterum quid a positis ex necessitate contingit, eo quòd hęc sint, ubi quibusdam idest duabus ut se ipsum exponit 1. post. 26. & in libro de motu anim. cap. 4. ad denotandum quod duæ requiruntur tantum propositiones in syllogismo, neque plures, neque pauciores, ut ipse assignat causam 1. post. 26. dicens, uno quidem igitur posito, ꝙ nunquam necesse est aliquid esse alterum, monstratum est. dico autem uno, quoniam neque termino uno, neque positione una posita, ex duabus autem positionibus primis & minimis contigit, siquidem & syllogizare, ex quibus late patet, duas tantum propositiones ingredi syllogismũ, quæ duæ propositiones fiunt ex tribus terminis nẽpe medio termino, maiori extremitate, & minori extremitate, quæ duæ propositiones compactæ ex his tribus terminis inferunt conclusionẽ, dummodo fuerint ordinatę in debito ordine, & in debita figura, alter non inferrent conclusionem, ut ex 1. post. 1. sumitur, istæ duæ propositiones sunt, & appellantur materia ab Arist. 2. phy. 31. & ab Au. 1. post. in prolo. conclusio autem uocatur forma, in Sol.

illis

llis uerbis & suppositiones conclusionis, & Ari. 2. post. 48. & quoniã medius terminus cõtinetur ĩ propõnibus, & est cõplicatus cũ maiori & minori extremitate, ideo mediũ erit mã sicut propõnes sũt materia conclusionis, adeo ꝙ quãdo scimus conclusionem per propositiones, scimus per materiã, & sic medium erit materia respectu conclusionis, unde habeas ꝙ in omni demon. medium dicitur materia.

Dub. *¶ Sed licet quæ sunt dicta sint peripatetica & uera, adhuc tamen animus non quiescit nam aliud est dicere formam existere & sequi propter materiam, & esse propter materiam, ut forma domus non est, neq; sequitur, nisi per lapides & ligna, tã quam per materiam, sic conclusio quæ est forma non est neque sequitur nisi sint propositiones, quæ sunt materia 1. post. 15. Arist. d. est aũt hic, eo ꝙ hæc sunt ex quibus est syllogismus, & aliud est dicere effectum, causatum a materia, sciri per materiam tanquam per medium de primo nulli dubium est, quod conclusio est forma, & præmissæ sunt materia, & per medium dicitur materia, sed uellem scire, quomodo materia ut materia respectu sui effectus causati ab ipsa, & non respectu conclusionis sit medium in demon. propter quid?*

Sol. *¶ Soluit Auer. in 2. post. in paraphrasi super tex. 48. assignans exemplum dicendo, propter quid corrumpitur animal? respondet dicens, quoniam est compositũ ex contrariis, cur animal est mortale? quia componitur ex quatuor elementis, cur serra est dura? quoniam est ferrea, ecce modo per tot exempla iam manifestũ est quõ effectus, causatus a mã scitur per materiam tanquã per mediũ, et causam propriam respectu sui proprij effectus causati ab ipsa materia causante, & suum effectum producẽte.*

Sol. ad 3. *¶ Tertiæ rationi dicimus concedendo maiorem, & ad minoris probationem in qua asserit ꝙ idem est materia, & actus 4. phy. 49. Respond. ꝙ Ari: ibi non intelligit materiam esse formam idest substantiam materiæ esse substantiam formæ, quia hoc est falsum, sed intelligit, ꝙ idem idest unã res potest esse materia & forma, ut aqua in actu ẽ aqua, sed potentia est aer idest habet formam aeris.*

Alia Sol. *¶ Vel dicitur idem materia & forma hoc modo, ratione, qua continet dicitur forma, ut aqua dicitur forma ratione qua continet terram sub se, dicitur materia ratione qua continetur ab aere, & sic ratione contenti, & continentis idem dicitur materia, & forma ex Arist. 4. cęli 35. Dicimus autem id quidem, quod continet, formæ esse, quod autem cõtinetur, materiæ, ex quibus inferatur cęlum esse formam horũ inferiorũ, & his oĩbus nobilius, quoniã cęlũ est terminãs hæc corpora inferiora, & terminans est nobilius terminato 2. cęli 74. quoniã proportio terminantis ad terminatum est sicut proportio formæ ad materiam, forma uero nobilior est materia 2. phy. 12. simili modo, quoniam corpus cæleste sub se cõtinet hęc inferiora, nam 1. meteo. c. 2. ait Arist. oportet autem mundum istum inferiorem superioribus lationibus esse continuum, ut omnis eius uirtus inde gubernetur, respectus enim continentis est respectus formæ ad materiam 4. cæli 23. & respectus perfectioris ad imperfectius est respectus formæ ad materiam 3. de anim. 36. quoniam cęlum respectu horum inferiorum habet habitudinem & respectum terminantis, & cõtinentis, quia omnia continentur sub cælo, ideo cælum respectu horum inferiorum forma appellari a philosophis solet, & dicitur quoque materia, seu potius subiectum, respectu formæ abstractæ, & ad corroborationem omnium dictorum, & ad maiorẽ doctrinam, quomodo intelligitur ꝙ idem est forma, & materia, est sciendum ꝙ d. Auer. 3. cæli 67. elementa formaliter esse in mixto, quod mixtũ componitur ex quatuor elementis, & suis qualitatibus, quæ (authore Alexandro) in naturalibus quæstionibus, super 1. de ani. c. illo, quę sit animæ substantia, qualitates sunt formæ, & substantiæ elemẽtorum, & tamen istę qualitates concurrunt ad mixti factionem, ut materia, ergo sequitur, quod quatuor qualitates sunt formæ & sunt materia, in hoc est sciendum ex doctrina Themistij, & Auer. Themistius enim 3. de ani. c. 27. ait, ꝙ natura semper imperfectioribus utitur loco materiæ respectu perfectorum, & semper utitur perfectioribus loco formarum, respectu imperfectorum, & quoniam formæ elementorum sunt imperfectæ respectu formę mixti, & forma mixti est perfecta respectu formarum elementorum quæ sunt imperfectæ, quia sunt mediæ inter substantiam, & accidens, & intenduntur, & remittuntur 3. cæli 67. ideo concurrunt ut materia, licet sint formæ, & forma mixti cum sit perfecta est uera forma, & sic concludimus ex Themistio non esse impossibile idem respectu diuersorum, esse materiam, & formam, ut qualitates nempe calidítas, frigiditas sunt formæ respectu elementorum, & eorum initia 2. de par. ani. c. 2. & sunt materia respectu formæ mixti, hæc ad mentẽ Themistij. Aue. autem 3. de ani. 36. d. omnia quorum subiectum est unum, & quorũ unum est perfectius altero, semper respectus perfectioris ad imperfectius est respectus formæ ad materiam, sed formæ mixti, & formæ elementarię est subiectum unum, quia materia recipit utrunque quodam ordine 12. met. 11. 3. cæli 67. & forma elementi est imperfectior forma mixti, ergo forma elementi respectu mixti est materia, & forma mixti uera forma respectu eius, & sic habes quomodo idem potest esse materia, & forma, & quomodo intelligitur tex. 49. Arist. 4. phy. remanet igitur, quod est unum idem in se consideratum non potest esse materia, & forma, ꝙ forma solum erit medium in demon. & nõ materia.*

Sol. ad 4. *¶ Quartæ rationi respõdetur*

quando dicitur, quòd materia est propria ex Auer. 8 phy. 46. est dicendum, quòd proprium sumitur bifariam, uno modo proprium .i. cõuertibile 2. top. c. de proprio, ueluti sunt accidentia essentialia, propriæ definitiones, & specificæ differentiæ, alio modo dicitur proprium idest determinatũ, sicuti Ar. 5. phy. 45. & Auer. 8. phy. 46. forma propria requirit materiam propriam, idest forma determinata requirit materiam determinatam, quia quodlibet non fit ex quolibet, sed determinatum ex suo determinato, ut homo non fit ex qualibet materia, nẽpe ex semine oliuæ neq; ex grano, sed fit ex sua materia determinata, & propria, idest ex illa, in qua adest potentia ad formã hominis, & est sperma hominis, quod non solum in naturalibus est uerum, sed in rebus logicalibus, ueluti Ar. 6. top. in 1 loco diffi. ubi d. cognoscimus autem non ex quibuslibet, sed ex prioribus, & notioribus, clarius Auer. in epi. log. c. de demonst. non contingit ostendere per quoduis posterius quodlibet prius, quod contingeris, ecce iam ex Ar. & Au. confirmatum est, quod sicut non contingit fieri quodlibet ex quolibet in natura, sic neque contingit demonstrare quolibet quæsitum ex quolibet medio, sed sicut in natura determinatum fit ex suo determinato, sic in arte quæsitum proprium debet demonstrari de suo subiecto proprio, & conuertibili per suum medium proprium, & conuertibile & sic intelligitur, quando d. demon. fit ex proprijs idest ex conuertibilibus, & sic sequitur, quod licet materia sit propria, & determinata, quia non est conuertibilis 2. post. 59. ideo non erit medium in demonst. simp.

Dub.

¶ Sed quis dubitabit dicens, si materia non est conuertibilis, quomodo demon. propter quid utitur materia in scientia naturali pro medio? cum omnis demon. debeat esse ex conuertibilibus, aliter non esset demon. sed potius ueridicus syllogismus 1. post. 9. & in 2. quest. post Auer. & 1. post. 96. & 97.

Solutio.

¶ Soluas hoc modo, prius tamen est nota. quod omnis causa, sit quæcunque, siue materia, forma, siue agens, & finis est conuertibilis cum suo effectu, siue sit causa per se conuertitur cum effectu, & causa per accidens, & causa in potentia, & causa in actu, causa uniuersalis, & causa particularis, sit quæcunque causa semper est conuertibilis cum suo causato hoc tamen modo, seruata proportione, scilicet causa in potentia conuertitur cum effectu in potẽtia, & cã in actu cũ effectu in actu, cã uniuersalis cũ effectu uniuersali, particularis cũ particulari, adeo quod ualet regula, sicut res est, sic debet sciri, ex Ar. 2. met. 4. quare ut secundũ esse unumquodq; se habet, ita secundũ ueritatẽ quod clarissime Au. declarãs 2. post. 94. in 4. quest. post. dixit entis per accidẽs oportet sciẽtiam esse per accidẽs, quia oportet sciẽtiam esse conformem scito, unde sumatur, quod si scitũ est per accidens, sciẽtia est per accidẽs, & tamẽ est perfecta sciẽtia respectu scibilis, si scitum per se sciẽtia est per se, à pari si cã est per se conuertitur cum effectu per se, si cã per accidẽs cum effectu per accidẽs, si cã in potentia conuertitur cum effectu in potentia, si causa in actu cum effectu in actu, quod firmat Ar. 2. phy. c. de causis, redeuntes ergo unde discessimus dicimus quod materia est conuertibilis, sicut omnis alia causa, tamen si materia arguit potentiã conuertitur cum effectu in potentia, ut materia prima est, ergo transmutatio substantialis est, & si materia est in actu conuertitur cum effectu, in actu, ut si lapides sunt ualet dicere ergo domus est, & sic dicimus de alijs causis.

Dub.

¶ Sed dices hęc solutio est contra Arist. 2. post. 59. ubi d. quòd si lapides sunt, non ualet dicere, ergo est domus.

Solutio.

¶ Soluitur in promptu dicendo quod lapides considerantur bifariam, uno modo ut sunt ordinati ab efficiente fabricatore. alio modo ut sunt in proprio loco, ubi ędificanda est domus, adhuc non ordinati, sed ordinandi ab efficiente, tunc dicendum quod non ualet dicere lapides inordinati ordine & formã domus, ergo est domus, & sic intelligitur ibi Arist. sed ualet dicere lapides sunt ordinati ordine & forma domus, ergo est domus, uelut adest pulcherrimum exemplum, ut ualet dicere propositiones sunt, ergo conclusio est, tamen hoc ualet, quando propositiones sunt positæ in ordine & figura, ut Au. d. 1. post. 2. sed quãdo propositiones nõ sunt ordinatæ in ordine & figura, tunc nõ ualet dicere propositiones sunt, ergo conclusio est, quia tunc cõclusio est effectus, & operatio syllogismi, quãdo cõclusio sequitur ex præmissis ordinatis, ut testis est Arist. in lib. de motu animaliũ, his uerbis utens, cum enim duas propositiones intellexerit, conclusionem intellexit, & composuit, hic autem ex duabus propositionibus conclusio, quę fit, operatio est, & quid clarius? Ex quibus omnibus sumantur plures conclusiones,

Prima conclusio.

una tamen principalis, scilicet, illud quod est per accidens ingredi per se demonstr. & sciri per demonstr. & illa scientia est uera & perfecta, hoc tamen modo ipsam defendas, quod quæsitum per accidens scitur per medium, quod est per accidens, tanquam per suum proprium & cõuertibile seruando tamen semper Au. regulam, cum quo non errabimus, quæ est talis 2. post. 94. oportet scientiam esse conformem scito.

2. Conclusio.

Alia conclusio est talis, omnes causæ sunt conuertibiles cum suis causatis in debita proportione existẽtes, adeo quòd causa in potentia cum effectu in potentia, & causa in actu cum effectu in actu.

3. Conclusio.

Alia conclusio, nulla causa est conuertibilis cum effectu, dico causa in potentia non est conuertibilis cum effectu in actu, & causa in actu non est conuertibilis cũ effectu in potentia, habes ergo quomodo

causę conuertuntur, & quomodo nõ cõuertuntur.

Sol. ad 5. ¶ Ad 5. dicendũ concedendo maiorẽ, sed negando minorem, & ad eius probationem. R. quando dicitur, ꝙ eadem est materia contrariorum, & cum scientia & ignorantia sint contrariæ, merito materia sicut est causa ignorantiæ, sic erit causa scientiæ, dicimus ꝙ mã erit cã scientiæ, tamẽ non scientiæ simpliciter sed scientiæ propter quid. Alia Sol. ¶ Vel aliter dicendum, ꝙ materia est causa scientiæ simpliciter, non primo & per se, sed in quantum est uehiculum, deferens formam, quæ forma, ut forma, est causa scientiæ 3. met. 3. Auer. & 7. met. 49. actus est, qui separat, & distinguit 9. met. 20. actus est ratio intelligendi, & cognoscendi uerum, si aliquando aliqua distinguuntur, & sciuntur per materiam, licet ipsa non sit prima ratio distinguendi, & sciendi, potest tamen esse, ut stat sub forma, quoniam in fundamento naturę nihil est distinctum 2. met. 17. sed materia secunda potest esse distinctiua ratione formæ, ut patet ex 8. met. 11. 12. met. 27. habes ergo quomodo materia est causa ignorantiæ, & scientiæ.

Sol. ad 6. ¶ Sextæ rationi respondetur, limitando minorem quę est, quòd materia est causa passionis, quando dicitur, quòd materia est causa passionis idest receptionis, intelligitur, & causa ipsius pati, qua mediante omnia animalia patiuntur, laborant, lassantur, corrumpuntur, unde si materia non esset, passio non esset, & contrarietas non esset, quia ubi adest materia, ibi contrarietas reperitur, teste Arist. in lib. de lon. & breui. uitæ c. 2. Impossibile enim materiam habenti, non existere aliqualiter contrarium, ex quibus patet.

Quot sunt causę laboris i animalibus. ¶ Notandum. quot sunt causæ, quibus animalia, quando mouentur, in mouendo lassantur, laborant, & mouentur cum pœna, & dicimus quod tres sunt causæ laboris & pœnæ. Prima. Prima, & est remotissima, est materia, nihil enim cum labore potest moueri, nisi sit in materia. Secunda. Secunda causa, & est remota est contrarietas principiorum motus, nihil enim mouetur cum labore nisi sit compositum ex principijs contrarijs. Tertia. Tertia causa & propinqua est spirituum resolutio, qua stante labor est, qua cessante labor cessat, hinc secundum philosophos cęlum non dicitur generabile, non corruptibile non augmentabile, non diminuibile, non alterabile 1. cæli 20. & 2. cæli 1. uerum 2. cęli 3. sic exclamat Arist. dicens. Pręsens autem testificatur ratio, quòd ingenerabile, & incorruptibile, amplius autem impassibile, omnis mortalis difficultatis est, amplius autem sine labore, propterea ꝙ nulla indiget uiolenta necessitate, quæ prohibens detineat ipsum aptum natura aliter ferri, omne enim tale laboriosum est, quo magis sempiternum fuerit, & dispositionis optimæ expers, clarius Arist. declarans causam laboris, contradictionis, fatigationisque esse materiã in 9. met. 17. d. quare semper agit Sol, & Stellæ, totumq; cælum, neque timendum, ne quandoq; stet, quod metuunt quidam naturales? non enim fatigantur, cũ hoc faciunt, eo quod motus eis non est circa contradictionis potentiam, quemadmodum corruptibilibus, ita ut laboriosa eis sit motus continuatio, substantia nanque, materia, & potentia existens non actu, huius causa est, ecce modo, quòd materia est causa laboris, quæ in cælo non reperitur? uerum si materia in cęlo reperietur, tamen non talis, qualis reperitur in his inferioribus, ut clare Arist. 1. cęli 20. quando d. recte uidetur natura id, quod futurum erat, ingenerabile & incorruptibile exemisse a contrarijs, in contrarijs enim est generatio, atque corruptio, & in 8. met. 4. clarius tamen 12. met. 10. & 8. met. 12. asserens de naturalibus autem, sed perpetuis substantijs alia ratio est, fortassis etenim quædam non habent materiam, aut non talem, sed solum quę secundum locum mobilis est, iam ergo clarum est, quomodo cælum non habet materiam, de qua re illo tamen aspirante, a quo cælum & tota natura dependet, post logicas nostras a nobis edendas quæstiones, particularem faciemus quæstionem. ad propositum ergo redeuntes dicamus, quòd licet materia sit causa passionis, tamen non est causa passionis, idest proprij accidentis inhærentis suo subiecto, de quo fit demonstratio simpliciter, quod proprium accidens debet demonstrari de subiecto per causam formalem, & non materialem, ut dicemus.

¶ Ad 7. respondetur glosando maiorem, quando dicitur causa causæ est causa causati. intelligitur hoc modo. s. saluato eodem genere causandi mediate & per accidens, ueluti singularia sunt causa, & principium uniuersalis 1. post. 134. & 1. phy. 5. Auer. quod uniuersale est principium scientiæ, ipsa singularia sunt causa scientię mediate, non autem immediate, ueluti est ipsum uniuersale, a pari materia est causa formæ, & forma est causa scientiæ, ipsa ergo materia erit causa scientiæ, non primo & immediate, sed secundario, & inquantum est subiectum, & uehiculum deferens formam, quæ forma 3. met. 3. primo & immediate est principium, & causa scientię, & per consequens forma erit medium in demonst. simpli. non autem materia. Solutio 7.

Dub. ¶ Sed dices immo forma est causa materiæ, non autem materia est causa formæ primo phys, 70. septimo metha. nono.

Solutio. ¶ Soluit Auer. in locis allegatis & dicit, quòd materia est causa formæ, & forma est causa materię, tamen diuerso modo, nam materia est causa formæ inquantum materia est subiectum, & substentat formam, secundum quòd forma non potest esse sine subiecto, forma autem substentat subiectum, secundum quòd est complementum eius, & secundũ quod subiectum non potest denudari a forma,

ma, & sic habes, quò materia est causa formę, & forma est causa materiae, ambae uero causant compositum, & altera indiget auxilio alterius, quia impossibile est formam esse sine materia, & materiā sine forma 7.met.39. ¶ Octauae rationi respondetur negando minorem. s. q accidentia habent esse a materia, & ad eius probationem respondetur, distingnendo ipsum esse, quod est duplex, quoddā est esse subiectiuum & materiale, quoddā est esse completiuum & formale, seu terminatiuum, tune dicitur, q illa causa est medium in demon. propter quam res est, & habet esse completiuum, terminatiuum, & formale, non autē illa causa, per quā res idest accidentia habent esse subiectiuum, & materiale, ueluti est materia, & hoc d. Auer. 4. met. 2. in illis uerbis, praedicamēta enim attribuuntur substantiae, non quia est agens, aut finis eorum, sed quia constituuntur per illam & subiectum est eorum. ¶ Nonae rationi R. negando minorem tum quia est falsa, tum etiam quoniam nō fuit probata, ideo dicamus, q quando dicitur materia est forma, est notandum, q ly forma, quae praedicatur de materia, non praedicatur recte, sed oblique, dicendo materia est forma. i. mediāte forma est in actu propter formam 9. met. 16.3. phy. 65.5. phy. 8. & 7. quoniam ipsa materia est potentia 2. de ani. 2.25. 9. met. 16.17. & 11. met. c. 2. Arist. asserebat loquens de materia, at haec actu quidem non est, potentia uero est. ¶ Decimę rationi, R. negatur minor, quae est q materia est forma, & ad eius probationem dicimus q materia est intelligibilis non per se, sed per accidens, neque materia per se existit in actu, sed per formam, qua actuatur, neq; operatur agendo, sed patiendo, nam propter ipsam compositum patitur, deniq; cum materia non habeat conditiones, quas habet forma, sequitur q non sit forma, multum enim potentia differt a forma 2. de ani. 6. Auer. materia dicit potentiam, forma uero actum 2. de ani. 2.25. 9. met. 17.11. met. c. 2. merito sequitur q non sit medium in demon. simp. ¶ Vndecimae rationi, R. sed negando minorem, & ad eius probationem dicendum, q melius & nobilius in loco allegato sumitur in genere scientiae, & in genere aeterni, qualiter est forma. nam forma est melior quolibet genere causae in genere scientiae 3. met. 3. Auer. tanto magis, quia forma superat materiā, quia est diuina optima & appetibilis 1. phy. 81. 2. de gen. ani. c. 1. materia uero est potentia, & ubi potentia, ibi imperfectio. forma autē est nobilis, ratione, qua est ęterna & ratione, qua est actus, actus enim nobilior potentia 2. phy. 12. Arist. ex quo dicimus medium in demon. esse formam, quia medium primo post. 48. & 49. debet esse ęternum 1. post. 62. non corrupt. cum ergo forma ipsa superet materiam in nobilitate, in scīa in ęternitate & perfectione, merito placet nobis materiam excludere a dem. & formā constituere pro medio termino, unde fiat rō dem. illa cā est mediū in demon. per qua res maxime cognoscitur, sed per formā res maxime cognoscitur (ut dictū est) ergo forma est mediū. ¶ Duodecimae rōni R. sed negando minorē, & ad eius prob. dicitur, q Auer. se ipsum exponit in 2. de ani. 8. dicēs, q materia est cā, pp quā res est, ualet haec propositio in artificialibus. ¶ Vel aliter est dicendū q materia est cā, pp quā res est dico subiectiue, initiatiue, non aūt cōpletiue, & terminatiue, ueluti est forma. ¶ Tertiaedecimae rōni & ult. quidā R. & dicunt sumētes tamē distinctionē ab Ar. 7. met. 34.35. materiā esse in duplici differentia, quadā sensibilis, & quędā intelligibilis, qua duplici materia stāte exponunt uerba An. in 8. quaesi. post. & dicunt, q quādo d. Au. q materia est mediū in dem. simp intelligit de materia intelligibili, nō autē de materia sensibili. ¶ Occurrit tamen alter dicendi modus, & securior, quod oēs causae, & intrinsecae, ut materia, & forma, & extrinsecae, ut finis, & efficiens, tamen forma primo per se & ut forma est mediū in dem. simp alię uero eā ae nō primo, sed in quantū habent respectum ad formā, efficiens ut gaudet nomine formę, finis qui est forma, & materia, ut uehiculū, delamentū, & subiectū deferens formā, sic est mediū in dem. simp. ¶ Sed acutus posteriorista dubitabit, dicens q mā ut mā ē mediū in dem. simp. & probat sic Ar. 2. post. facit dem. ī qua mediū ē materia, q est talis. s. omne dimidiū duorū rectorū est rectum, oīs angulus, qui est in semicirculo, est dimidiū duorū rectorum, ergo oīs angulus, qui est in semicirculo, est rectus, in qua dem. late patet ly dimidiū duorū rectorū esse materiā recti, & p cōsequēs materiā esse mediū, ut materia, nō ut est uehiculū deferens formā. ¶ Dicitur q in hac dem. mediū est materia tamē nō materia sensibilis, sed intelligibilis. ¶ Et si dices q dem. simp. sunt in mathematica, quę nō cōsiderat materiā, sed tantū formā 1. phy. 1. & in c. de qua. fac. dem. Au. ergo nō dem. per materiā. ¶ Soluitur, q mathe. cōsiderat formā, & nō materiā sensibilē, neq; cōsiderat agentē neq; finē cōcernentē motū, bene cōsiderat intelligibilē, & per ipsā dem. ueluti in pdicta dem. fuit dictū, & nō dem. per materiā sēsibilē, qa illa cōsideratur a philosopho naturali, unde nō ualet dicere mathe. cōsiderat solā formam, ergo nō pōt dem. nisi per formā, quia q pōt dem. per formā & materiā, & sic 1. sol. uidetur adhęrere dictis Au. & remota a calumnijs. Istę ergo sunt solutiones oīum rōnum, quas nos pro parte aduersa recitauimus, ex qbus sumi pōt, quō materia pōt esse mediū in dem. simp. & quō non, & q materia sit medium, & quę non, laus tamen Deo opt. max. illustranti intellectum ad ueritatem.

Sol. ad 8.
Sol. ad 9.
Sol. ad 10.
Sol. ad 11.
Sol. ad 12.
Alia Sol.
Alia Sol.
Sol. 13.
Replica.
Solutio.
Dub.
Solutio.

FINIS SECVNDI QVAESITI.

QVAESITVM TERTIVM,

NVM CAVSA FINALIS SIT MEDIVM IN DEMONST. SIMP.

Procemium.

Ordo procedendi in quæsito.

OANNES Scotius Neapolitanus in quadam sua quæst. de potissima demonst. causam finalem sumi pro medio termino adeo uerum esse indicat, quo uerius non existimat dici posse, in huius ergo quæsiti ueritatis inquisitione omissis terminorum tituli nomenclaturis, quia per se patent, hoc tantum nobis obseruandum erit, ut clarius atque facilius uera Arist. atque Auer. percipiatur sententia, præsens quæsitum ueluti præcedentia tria in capita secare. In quorum primo aduersariorum narrabuntur opiniones & argumenta. In secundo Arist. uera ac Auer. opinio eum proprijs fundamentis, & rationibus demon. dicetur, in tertio uero solutiones ad aduersariorum argumenta ponentur.

ALIORVM OPINIO. Cap. I.

1. Ratio. *LLA causa est mediū in dem. potissima, quæ est eā causarū, & ad quā totius quæsiti stat ultimata resolutio, qua habita amplius non quæremus, habita qua cessat omnis quęstio, sed eā finalis est eā causarum, & ad ipsam stat ultimata resolutio, qua habita cessat omnis quæstio, ergo eā finalis erit medium in dem. potissima, & probatur exemplo, ut si quæreremus propter quid homo est risibilis? quia de uisis est admiratiuus, & quare homo est admiratiuus? quia disciplinabilis, & propter quid est disciplinabilis? si dicatur quia est compositus ex anima & corpore, & ob quid homo est compositus ex anima & corpore, quia est beatificabilis, & sic habebimus finem ultimum, & amplius dubitare non licet immo omnes quęstiones cessabunt. Clarius tamen pro iuuenibus aliud exemplum ex Arist. 2. post. 166. cuius gratia uenit? ut accipiat argentum, hoc autem? ut reddat cui debet, hoc autem? ne iniustitiam committat, et ita euntes, quando non amplius propter aliud, neque alius causa propter*

2. Ratio. *hoc, ut finem dicimus uenisse, et esse, et fieri. ¶ Amplius illa causa est medium in demon. potissima, quæ est causa inhærentiæ passionis in subiecto, aut sit intrinsecea, aut extrinseca rei, non refert, sed causa finalis est causa inhærentiæ passionis in subiecto, ergo causa finalis erit medium in demonst. potissima.*

3. Ratio. *¶ Illa causa est medium in demon. potissima, quæ magis facit scire, et quæ necessitat omnes alias causas, et quæ est maxima causarū, sed causa finalis 2. phy. c. de causis et 5. met. 2. est huiusmodi, ergo causa finalis erit mediū in dem. potissima, maior probatur ex Ar. 1. post. 7. scire est rei causam cognoscere, ergo maxime scire ē maximā rei eām cognoscere, quoniā regula est topica, q̄ sicut se habet simpliciter ad simpliciter, ita se habet magis ad magis, & maxime ad maxime. ¶ Amplius illa eā est medium in dem. potissima, ex qua fit dem. potissima, sed ex eā finali fit demon. potissima, ergo eā finalis erit medium, hæc quidē positio est multum debilis & infirma, ut ergo fiat ualidior, corroboratur a nobis ualidissimis rationibus, & sit in ordine quinta. ¶ Amplius pro defensione prædictæ opinionis præsuppono unū, q̄ finis necessitat omnia, quæ sunt ante finē 6. ethic. c. 3. 2. phy. 29. & 81. adeo ut qualis & quantus est finis, tale & tantum debet esse mediū ducēs ad illū finē unde ex coditionibus finis inuestigātur cōditiones medij ducentis ad illum finē. ut Ar. 1. post. a tex. 7. usq; ad 9. ubi ex conditionibus scire, quod est finis dem. inuestigauit conditiones præmissarū, tanquā mediorū ducentium ad scire finem dem. Et quoniā scire, quod est finis dem. simp. est scire maximū, & in summo nobilissimū, ut d. Auer. 1. post. 7. & 11. ideo tale scire talis finis debet acquiri per mediā eām maximā, & in summo, sed talis eā maxima nobilissima non est, nisi eā finalis. 1. de par. ani. c. 1. 3. met. 3. ergo mediū ad habendū tantū & talē finē maximū & in summo nō debet esse alia eā, nisi eā finalis, ergo sequitur dem. eām finalē esse mediū in dem. simp. ¶ Amplius illa eā est mediū in dem. simp. 2. post. 58. & in quæs. de prim. præd. qua posita ponitur cātum & ceōtra, sed cātum sequitur eām finalē ut d. Au. 1 lib. destr. dest. disp. 3. in sol. 10. dubij, ergo eā finalis erit mediū in dem. simp. ¶ P. illa eā est, mediū in dem. simp. 2. post. 57. 58. quę simul repē ritur cū cāto, ut quādo ponitur esse eā in pdicato cātum sit prædicatū, & quādo ponitur futura, cāusatum sit futurum 2. phy. 74. & quando ponitur esse*

4. Ratio.

5. Ratio Viuoli propria.

6. Ratio propria.

7. Ratio propria.

esse de facto inuenitur causatum de facto, sed 2.
post. 58. talis causa est finalis, ergo causa finalis
8. Ratio propria. *est medium in demon. simp.* ¶ *Amplius illa cau-*
sa est medium in demon. simp. 1. post. 35. 2. post.
57. 58. quæ est simul cum re, sed causa finalis est
simul cum re. i. cum finito Arist. 4. phy. 42. 107.
120. 129. 6. phys. 32. 3. de anima 5. 6. phy. 57.
2. post. 58. ergo finis est medium in demon. simp.
9. Ratio propria. ¶ *Amplius 2. post. 95. 58. 1. post. 11. 35. Auer.*
causa formalis est medium in demon. simp. sed fi-
nis & forma idem 2. phys. 70. & 1. de gen. anim.
10. Ratio propria. *cap. 1. Arist. ergo finis est medium.* ¶ *Amplius*
Auer. in 8. q. post. 2. post. 42. finē esse medium
in demon. simp. his utens uerbis, demonstrationes
positione differentes sunt demon. quibus contingit,
quod ipsarum medij termini sint causæ, quæ sunt extra
rem & in re, quæ sunt ipsum agens, & ipse finis,
quid clarius ad mentem Auer.
11. Ratio propria. ¶ *Amplius Auer. 2. de anima. 129. asserit firmi*
ter causam finalem esse medium in demon. dicens
sic. Tertio. s. demonst. est accepta ex sensibilibus
ipsis, & est magis firma illis duabus, cum causa
accepta in ea sit finalis, immo Auer. 2. phys. 74.
asserit ad denotandum nobilitatem, quam habet fi
nis super omnes causas, sic refert, hoc enim scili-
cet, nobilitas non accidit formis. i. mathematicis, ni
si secundum quod est finis 8. metaph. 3. ecce quod ratio-
ne quoque nobilitatis, finis, & nulla alia cā de-
bet esse medium in demon. hæc ergo sunt argumē
ta, quibus causam finalem, ut finis est, esse medium
in demon. simp. probare nobis placuit.

QVAESITI VERITAS.
Cap. II.

QVæsiti ueritatem pronuntiantes cum Arist.
& Auer. causam finalem, ut finis est, non
esse mediū in demon. simp. decretamus,
sed ut ueritas clarius ab omnibus intelligatur, duo
sunt præsupponēda, primum est, quod finis ab Auer.
1. post. 35. bifariam consideratur, uno modo ut fi-
nis est; alio modo ut subit locum differentiæ, quā
do differentia est ignota; 2. est quod finis est duplex
2. phys. 24. 70. 8. met. 12. 4. cæli 22. quidam est
finis generationis, qui nil aliud est nisi forma, seu
perfectio, quidam uero est finis rei generatæ. Ex
quibus inferatur hæc conclusio s. causa finalis, ut
finis differens a forma, non est medium in demon.
simp. sed causa finalis, ut tenet locum formæ, uel
causa finalis, quæ est forma, sic est medium in de-
1. Ratio. *monst. simp.* ¶ *Prima ratio sit talis, illa causa est*
medium in demon. simp. quæ est melior ad produ
cendam scientiam, probatur, quoniam non ob aliud
desideramus medium, nisi ob scientiam, sed causa
finalis 3. met. 3. Auer. non est melior alijs causis
ad producendam scientiā, licet sit melior alijs cau-
sis in genere causæ, ergo causa finalis non est me
2. Ratio. *dium in demon. simp.* ¶ *Amplius causa, quæ est*
medium in demon. simp. inter alias conditiones,
quas habet est intrinseca 1. post. 35. in re, non ex-
trinseca extra rem 2. post. 57. 58. sed causa fina-
lis 1. physic. 1. & in 8. quæst. post. Auer. est cau-
sa extrinseca extra rem, ergo causa finalis non est
medium in demon. simp. ¶ *Amplius illa causa est*
medium in demon. simp. 1. post. 7. propter quam
res est, sed causa finalis, ut patet per sui definitionē
1. de par. anim. cap. 1. 3. met. 3. 1. de gen. anim.
cap. 1. 8. met. 12. 2. phys. 29. 81. 5. met. cap.
2. 2. post. 48. 2. de anima 35. 37. non est causa
propter quam res est, sed potius ad quam res est,
ergo causa finalis non est medium in demon. simp.
¶ *Amplius Arist. 1. post. 35. 153. illa ingrediū* 3. Ratio.
tur demon. simp. quæ sunt per se in primo & 2.
modo, quæ sunt in 2. modo sunt accidentia essentia
lia 1. post. 31. 44. quæ uero sunt in primo modo
sunt prædicata formalia, ut genus, quod est forma
2. phys. 28. & differentia, quæ est forma in cap.
de diffiu. 7. met. 43. 2. phy. 91. 92. & definitio,
quæ est forma 3. met. 3. 6. met. 35. 2. post. 20.
21. in lib. de sub. orbis cap. 1. 7. top. cap. 2. Arist.
sed causa finalis non est in 2. modo, quia non est
accidens, non est in primo modo, quia non est for-
ma, sed est causa distincta a forma, ut patet, ergo
non est neque in primo, neque in 2. modo, ergo nō
ingreditur demon. ¶ *Amplius 1. post. 35. 153.* 4. Ratio.
quæ sunt primo modo dicendi per se ingrediun-
tur demon. simp. excepto genere, at causa finalis
non accipitur in natura. i. in defiu. subiecti 4. phy.
129. 6. phys. 32. ubi asseritur finis non est de na-
tura rei cuius est finis, ergo finis non ingreditur dē
monst. ¶ *Rursus, primo præsupponendo unum,* 5. Ratio.
quod demon. simp. fit in mathematica 2. met. 15. quo
supposito sic stante, Arist. 3. met. 3. loquens de
causa finali d. Vnde in mathematicis nihil per
hanc causam probatur, nec est aliqua demonstra-
tio, quod confirmans Auer. in com. asserit sic, quia
ista causa non inuenitur in mathematicis, ideo non
datur in eis in aliqua re quæsita finalis causa, &
quid clarius in doctrina Arist. & Auer. conclu-
ditur ergo ex omnibus his rationibus demonstrati-
uis, causam finalem non esse medium in demonst.
simp. Vnde profecto admodum admiramur, cum Resolutio quæsiti.
sit clara Arist. & Auer. doctrina, quomodo iste
uir, & sequaces decipiuntur, & ipsi decepti deci-
piunt alios in persuadendo, ac firmiter tenēdo cau
sam finalem esse medium in demon. simp. Nos
autem cum Arist. causam finalem, ut finalis est,
nullo pacto medium demon. esse, sed ut est forma
esse indubitanter decretamus.

ALIORVM RATIONES. soluuntur. Cap. III.

QVæsiti ueritate firmata sententijs Arist. & Auer. præceptis corroborata, operæpretiũ est modo soluere aliorum rationes, quibus solutis, nemo sit, q de ueritate, & huius quæsiti certitudine dubitet, causam finalẽ, scilicet ut finis est, nullo modo esse medium in demon. simp. & ut in dissoluendis rationibus in contrarium factis ab ouo incipiamus.

Sol. ad 1.

¶ Prima fuit talis, illa causa est medium, quæ est causa causarum, & ad quam totius quæsiti stat ultimata resolutio, &c. cui rationi. R. omnes, & nos cum illis dicentes, ꝙ non est inconueniens in demonst. propter quid, ꝙ medium sit causa finalis, sed est inconueniens in demon. potissima .i. simpliciter, & cum dicitur, ꝙ omnis ultimata resolutio quæstionis tunc terminatur, cũ peruentum fuerit ad causam finalem, hoc uerum esse asserimus, quando sumus in una & eadem scientia, & uolumus scire aliquid de una & eadem re, in summo dignum est, ut resoluamus illam, donec ad ultimum perueniamus, & hoc modo concedimus, causam finalem non solum demonstrare suũ effectum, sed omnes alias causas, propter quas res dicitur nobilior eis, & hoc uoluit Auer. in 3. met. 3. sed quando sumus in diuersis scientijs, euenit, quod demonstratio, per causam formalem in una scientia sit potior demon. facta per causam finalem in alia scientia, & sic ultimate dicamus, ꝙ finis in eadem scientia demonstrat, & necessitat omnes alias causas, non tamen in diuersis scientijs, & si iste uir per potissimam demon. intendit propter quid, bene d. si uero intendit demon. simp. quæ est distincta a propter quid, ipsum et sequaces a uia ueritatis alienos esse putamus.

Solutio ad 2.

¶ Ad 2. R. negando maiorem, quæ erat, ꝙ illa causa debet esse medium in demon. quæ est causa inhærentiæ passionis in subiecto, siue sit intrinseca, siue extrinseca, nã de cõditionibus necessario requisitis ad dem. est, ut medium sit causa intrinseca solum propria quæsiti a non extrinseca, ut d. Arist. 1. post. 7. quando d. scire est per causam, propter quam res est, et quod illius causa est .i. ꝙ sit propria & intrinseca causa, quod confirmans 1. post. 9. & 66. 67. d. sic erunt propria principia eius, quod demonstratur, immo dicimus quod tota esse a demon. est ut constet & ex proprijs & intrinsecis, qua remota amoueretur demon. & non diceretur demon. 1. post. 9. sed potius logica ratio 2. de gen. anim. cap. 6. Arist. 1. post. 41. Auer.

Solutio ad 3.

¶ Ad 3. R. glossando maiorẽ. s. illa causa est medium in demon. potissima, quæ magis facit scire, & quę necessitat omnes alias causas, & quæ est maxima causarum. s. in faciendo scientiam, ut est forma & non quæ est maxima in genere causæ, ut est finis 3. met. 3. Auer. ergo finis, cũ non sit maxima causarum in faciendo scientiam, sequitur quod finis non sit mediũ in demon. simp.

Solutio ad 4.

¶ Rationi 4. R. negando minorem tanquàm falsam, uerum si casu quo ex causa finali fieret, non ut finis est, sed ut uicem differentiæ, & formæ trahit 1. post. 35. Auer.

Solutio ad 5. propriam.

¶ Ad 5. R. quæ est prima ex nostris, & est dicendum, ꝙ maximum, summum, & nobile bifariam sumitur, uno modo in genere scientiæ, alio modo in genere causæ, dicimus, ꝙ uerum est, ꝙ scire acquisitum per demon. simp. est in summo maximum, & nobile, & debet acquiri ꝑ medium maximum in summo & nobile, tamen in genere scientiæ, ueluti est forma, quæ est melior omnibus causis in genere scientiæ 3. met. 3. Auer. non autem debet acquiri per medium maximũ nobile, & in summo in genere causæ, ut est finis 3. met. 3. Auer. Vnde soluta est ratio, & non tenet contra ueritatem, licet sit subtilis.

Solutio ad 6. propriam.

¶ Ad 6. R. sed negatur minor, & ad eius probationem est dicendum, ꝙ quando d. Auer. ꝙ causatũ sequitur causam, intelligitur hoc modo. s. ꝙ causatum sequitur causam, & causa, quæ est per modum formæ .i. formã, & causa, quæ est per modum finis .i. finis præcedit natura ipsum causatum, adeo ꝙ finis, ut causa, natura præcedit & est prior suo causato, & hæc est intentio, Auer. in illo loco. s. probare finem, & causam, esse priorem natura suo causato, & non ꝙ posito fine, ponatur id, cuius est finis, & remoto remoueatur.

Solutio ad 7. propriam.

¶ Rationi 7. subtilissime R. sed minor uenit exponenda, quæ asserit, ꝙ posita causa formali & finali, ponitur, & remouetur causatũ, in hoc est dicendum pluribus modis, & primo modo dicitur, ꝙ finis quando ponitur, non ponitur effectus, sed in tantum ponitur & remouetur effectus, in quantum ille finis obtinet locum formæ.

Al. Solutio.

¶ Vel aliter dicendum ꝙ finis est duplex 2. phy. 70. quidam generationis, & quidam est finis rei generatæ, ualet locus Auer. de fine generationis, qui idem est, ꝙ forma, non autem de fine rei generatæ.

Al. Solutio.

¶ Nos tamen altius perscrutantes dicamus ad locum. Auer. uerum est notandũ ꝙ dicit Auer. in 6. colliget cap. 1. nec non in collectaneis sectione 2. cap. 1. ꝙ finis penes philosophum dicitur tribus modis, unus est, ad quem res necessario tendit, & hic absolute dicitur finis: Secũdus est, sicut forma dicitur esse finis materiæ, & hic appellatur finis ꝑfectionis entis inseparabilis: Tertius est, ut eo existente stent res per ipsum ordinatæ, & hic finis causarũ appellatur. Tũc dicimus, ꝙ posito effectu, ponitur finis, et futurus effectus, futurus est finis, et cõtra ualet de fine, qui est finis ꝑfectionis, qui idẽ est cum forma, & hoc uult Auer. in 2. post. 58. quando dicit, hæ autem sunt causæ formales, & finales, non finales, quæ sunt distinctæ a formis, sed causæ finales, quæ sunt formæ & perfectiones, istæ tales causæ omni tempore ponunt effectus, & remouent

mouent effectus, ut in præsenti præterito et futuro,

Sol. ad 8.

¶ Ad 8. rationē R. & maior, quæ asserit, ꝙ illa causa est medium in demon. quæ est simul cum re, intelligitur hoc pacto, scilicet ꝙ non solum causa, ad hoc ut sit medium in demon. debet esse simul cum re, sed etiam debet sumi in definitione illius rei, & debet cōuerti cū illa re, cuius est causa, modo licet finis, sit simul cum re, quia non sumitur in definitione, cuius est finis, nisi ut tenet locum differētiæ, ideo non potest esse medium in demon. simp. ut finis est, nisi ut tenet locum differētiæ 1. post. 35.

Al. Solutio.

¶ Vel dici potest sicut diximus de triplici fine.

Al. Solutio.

¶ Vel aliter dicitur, ꝙ ualet de fine generationis non de fine rei generatæ.

Solutio ad 9.

¶ Soluitur 9. ratio respondendo ad minorem & dicimus, ꝙ forma & finis sunt idem, subiecto, differunt tamen respectu atque ratione, ut d. Auer. 2. post. 70. & sic soluitur hæc ratio tunc enim ratio concluderet, quando essent idem subiecto & ratione.

Sol. ad 10.

¶ Ad 10. d. enim Auer. in 8. quæsi. post. ꝙ causa finalis quæ est extra rem, est medium in demon. simp. dicunt quidam ꝙ causa finalis, ut finalis est, non est medium, sed ut tenet locum differentiæ, sic est mediū & sic uenit exponendus locus Auer.

Replica.

¶ Sed contra, nam id quod est per accidens, non ingreditur demon. 2. post. 94. si finis esset medium in demon. ut subit locum differentiæ, tunc id quod est per accidens ingrederetur demon. quod probatur 5. physic. 1. quod per aliud tale, per accidēs est tale, sed finis est medium in demonst. ut est forma, ergo per aliud, si per aliud ergo per accidens.

Sol. ad replicam.

¶ R. ꝙ id quod est per accidens, sumitur bifariā, Primo modo id quod est per accidens i. prædicatum, quod est per accidens, quod prædicatum per accidens dicitur omne illud, quod non est primum 2. post. 94. ut genera & generū, definitiones, quæ licet sint per se in primo modo, quia non sunt prima, ideo prædicata per accidens ab Auer. appellantur, & cum his numerantur omnia accidentia communia, & ut summatim dicam omnia prædicata, quæ sunt per se & non prima, ut genera & si sunt prima & non conuertibilia, ut superficies est alba, omnia per accidēs uocitantur, nullo modo ingredientia demon. neque ut quæsita, neque ut medij termini: Alio modo dicitur per accidens, quando aliquod tenet locum alicuius, a simili causa finalis est medium in demon. simp. non ut finis est, sed ut tenet locum differentiæ tūc dicitur ꝙ id quod est per accidens primo modo dictum non ingreditur demon. sed id quod est per accidens, secundo modo dictum ingreditur demon. Vnde potest defendi

Defenditur conclusio.

hæc conclusio id quod est per accidens, idest prædicatum per accidens nō ingreditur demon. simp. tamen id quod est per accidens i. quando aliquod tenet locum alicuius ingreditur demon. simp.

Replica.

¶ Sed dubitatur, dictum enim est, ꝙ genus est prædicatum per accidens, & neque ut medium, neque ut quæsitum deseruit demonst. hoc est contra Auer. in quæsi. de diffin. ubi asserit, ꝙ genus est conclusio demonst. his utens uerbis, sicque differentia hic est quam accipimus demon. principium, genus autem est quod accipimus demonst. conclusionem: ergo genus est quæsitū dem. & si quæsitum demon. ergo erit prædicatum per se, & primum & conuertibile.

Sol. Duplex definitio.

¶ R. uerum est not. ꝙ definitio est duplex quædam perfecta in cap. de definitionibus, seu aggregata, uel completa 2. post. 20. quædam uero imperfecta, incompleta, illa quæ dicitur completa & perfecta completur & perficitur ex illis duabus imperfectis, & incompletis, quarum una deseruit pro genere, alia uero pro differētia. illa, quæ deseruit pro genere est defin. q̄ absoluit quid & datur p formā, ut quando dicimus eclipsis est priuatio luminis, q̄ priuatio 8 met. 13. est forma eclipsis, illa uero definitio, q̄ deseruit pro differentia est definitio, quæ absoluit propter quid, & datur per efficiētem, ut eclipsis est interpositio terræ, quæ interpositio est efficiens 2. poster. 7. 8. met. 13. & in cap. de diffinitionibus ac 8. quæsi. post. 2. post. 42. definitio autem completa & perfecta fit ex istis duabus, uerum quia 3. met. 43. & in cap. de definitionibus 2. post. 78. genus primo loco ponitur in defin. deinde differentia, ideo ad faciēdam defin. completam primo ponitur illa definitio incompleta, quæ datur per formam, secundo illa incompleta, quæ datur per efficientem, v. g. eclipsis est priuatio luminis in luna propter interpositionem, terræ inter Solem, & lunam, quæ definitio modo iam est completa, quia fit ex duabus incompletis & absoluit quid ratione illius, quę datur per formam, & absoluit propter quid ratione illius, q̄ datur p efficiētem. Vnde habeas ꝙ illa definitio, quę ponitur loco generis non est genus uere sed ad similitudinem generis, in quantum primo loco ponitur in defin. perfecta. Quibus sic stantibus & declaratis.

Quæ sit definitio completa aggregata & perfecta.

Quō sit defi. completa & ex quibus.

Not. quomodo genus est conclusio demonst.

¶ Nota ꝙ sępe accidit ꝙ una pars definitionis perfectę i. illa quæ tenet locū generis, quę datur per formam, sit ignota, illa uero quæ tenet locum differentię i. quę datur per efficiētem, est nota ad notificandam illam partem ignotam, quæ tenet locum generis, iubet Auer. in cap. de diffinitionibus demōstrare illam per aliam partem. i. per definitionem, quę datur per causam efficientem, quę est nota, v. g. quando interpositio terrę est inter Solem & lunam, tunc priuatio luminis in luna est, sed cum eclipsis est, terræ interpositio est, ergo cum eclipsis est, priuatio luminis in luna est, ecce modo ꝙ illa definitio, quę se habet ueluti genus, quę est pars ignota, est notificata & demonstrata per aliam definitionem notam, quę se habet ueluti differentia, & sic quando d. Auer. ꝙ genus est conclusio demon. non uult ꝙ genus ut genus.

genus ut est prædic. non primũ, non conuertibile sit cõclusio dem. sed intelligitur Auer. hoc modo genus .i. illa pars defin. perfectæ, quæ datur per formam, quę tenet locum generis in defin. perfecta est conclusio, & quęsitum demonstrationis .i. demõstratur per demon. sic quoque acutissimi iuuenes intelligitur, quomodo definitio, quę dicit propter quid est principium demon. & definitio, quæ dicit quid est, conclusio demon. Verum etiam sciatis, ꝙ hęc dicitur demon. sola positione. i. solo ordine terminorum differens ab ipsa defin. a qua demon. educitur ipsa definitio, ut cum dicimus interpositio terrę est priuatio luminis, eclipsis est interpositio terrę, ergo eclipsis est priuatio luminis. facta hac demonst. educitur definitio hoc modo, illud quod fuit sumptũ pro maiori extremo ponatur primo in definitione, ut eclipsis est priuatio luminis. & illud quod fuit sumptum pro medio ponatur secundo loco in defin. ut dicendo eclipsis est priuatio luminis in luna propter interpositionem terrę inter Solem & lunã, & sic iam orta est definitio in actu, ex hac demon. quæ in potentia in ipsa continebatur. Vnde studiosi iuuenes hæc omnia memoriæ mandate, quia hunc passum tanta quidem cum claritate & facili expositione nũquàm inuenietis, & multi quidem cristato capite ad hoc ascendere nõ potuerũt, hæc ergo est rei ueritas, uerum si alias aliter occurret, aliter dicemus, tamẽ si mo mea non fallit opinio credo ueritatem, & ueram Auer. mentem & gustasse & tetigisse. ¶ Sed dubitatur, dictum est enim ꝙ definitio dicẽs quid data per formam, quæ est genus perfectæ definitionis, est conclusio demonst. si hoc esset uerum sequeretur quid adeo falsum, quod defendi non posset .s. ꝙ definitio & substantia uenaretur demonst. quod est contra Arist. 2. post. 9. 10. 11. 12. 13. 20. 21. 6. met. 1. 11. met. 1. ¶ Vltra sequeretur ex prædicta solutione, ꝙ causa efficiens esset medium in demon. simp. quod contradicit Auer. 1. post. 11. 2. post. 95. & in epist. de prim. prædicatorum, quibus in locis uult. Auer. formam esse medium in demon. simp. ¶ Vltra sequeretur ex eadem sol. quartum modum dicendi per se ingredi demon. simp. quod est cõtra Arist. 1. post. 35. 153. ubi testatur, duos tantum modos ingredi demon. simp. primum .s. & secundum. sequitur ergo ex his omnibus .s. ꝙ quot sunt uerba in illa sol. & uerborum Auer. expositiones, tot reperiantur errores. ¶ Soluitur prima dubitatio præsupponendo unum, ꝙ illud, quod absoluitur per demon. non est nisi accidens propriũ & essentiale 6. metaph. 1. 11. met. 2. 1. post. 52. 2. poster. 12. & 94. Auer. quæsita quæ sunt in demonstrationibus simp. sunt solum propriorum accidentium, & quoniam 1. phy. 5. definitio est idem ꝙ suum definitũ, adeo ꝙ si definitum est accidẽs definitio sua erit accidens, teste Auer. 7. met. 19. ubi d. dicere enim accidentia habere definitiones quodammodo est falsum, quia non habent definitiones substantiæ, & quodammodo uerum est, quia habent aliquas definitiones. v. g. eclipsis est accidens definitio, quæ d. quid eclipsis etiam est accidens, licet dicat quid, & substantiam eclipsis, quo stante dicendum ꝙ non solum est possibile, sed necessarium ꝙ substantia & quid & definitio accidẽtis, non autem definitio substantiæ sit conclusio demonstrationis & absoluatur per demon. quia (ut dictum) quale est definitũ, talis est definitio, si definitum est substantia, sua definitio erit substantia, & si definitum est accidens, sua definitio erit accidens, & quia accidentia non habent formam, quia sunt simplicia non possunt demonstrari per formã. ¶ Sed respondendo ad 2. inconueniens, nec esse est ut demonstrentur per causam efficientem, quia causa efficiens non ut efficiens est medium in demon. sed transit in naturam formæ per causam efficientem, tanquàm per formam, demonstratur definitio eclipsis tanquàm accidens, & prędicatum naturaliter ignotum per se conueniens suo subiecto, ut in hac demon. v. g. interpositio terræ inter Solem & lunam est priuatio luminis in luna, atqui eclipsis est interpositio terræ inter Solem & lunam, ergo eclipsis est priuatio luminis in luna, ecce modo ly priuatio luminis est definitio, & quid eclipsis, & cõcluditur de eclipsi, ut est accidẽs, et prædicatum per se conueniẽs suo subiecto. per interpositionem tanquam per formam, licet non sit uera forma, unde patet ex 2. poster. 1. ꝙ omnia quatuor quæsita possunt absolui per demon. nempe si est, quid est, quia est, & propter quid est, excludendo tamen qd. substantiæ, sed includendo quid accidentis, & sit tibi conclusio talis, scilicet quæsitum quid absolui p. demon. simp. intelligendo quæsitum quid accidentis, non substantiæ, & hoc est illud quod d. Arist. 1. post. 64. definitio est conclusio quædã, per ly quædam denotans definitionem accidentis, quæ est definitio quædam, sicut accidens est ens quoddam secundum quid ens, non uere ens, quia est in ente non autem simpliciter uera & substantialis definitio. ex quibus patet quomodo definitio uenatur per demon. & quõ causa efficiens sumitur pro medio in demon. & quomodo quartus modus ingreditur demon. ¶ Sed quoniam diximus ꝙ genus non ut uere genus est conclusio demon. sed ut obtinet uicem generis, quæreret aliquis dicens genus ut genus, ut animal potest ne ingredi demon. ¶ Soluitur ꝙ genus consideratur bifariam, uno modo ut prædicatum, & sic impossibile est, ut ingrediatur demon. simpliciter. alio modo potest considerari, ut subiectum, de quo demonstrantur propriæ passiones, tunc dicendum; ꝙ genus ut subiectum absolute sumptum respiciens sua propria prædicata potest ingredi demonstrationẽ, v. g. omne

Marginal notes (left column): Quę sit definitio sola positione differẽs & quõ definitio in actu educitur a demonst. — Dubitatio. — Primum incõueniens. — Secundum inconueniens. — Sol. ad 1.

Marginal notes (right column): Solutio ad 2. — Pulchra conclusio. — Dubitatio. Quõ uere genus ingreditur demon. — Solutio.

omne compositum ex materia est corruptibile, at omne animal est compositum ex materia, ergo omne animal est corruptibile. ¶ Ad 11. rationem sumptam ab auctoritate Auer. 2. de anima 129. R. uerum pro solutione not. q demonstratio dicitur nobilior alia demonstratione, & firmior ratione medij, ut quāto medium est nobilius & firmius alio medio, tāto demōstratio dicitur nobilior & firmior alia demonstratione, quo stante dicas, q quādo dicit Auer. q demonstratio, in qua medium est causa finalis, est magis firma, facit comparationē inter illas demonstrationes, in quibus medium est causa materialis, uel quasi materialis, ut ipse se ipsum exponit, sed non facit comparationem inter illas demōstrationes, in quibus medium est forma, immo in tantum illa demonstratio, in qua medium est finis, dicitur magis firma, inquantum ille finis est idem cum forma 2. physic. 70. 1. de gen. anim. cap. 1. 8. metaph. 12. remanet ergo formam esse medium & non finem. similiter quoque est dicendum ad auctoritatem Auer. in lib. de sensu & sensato. ¶ Et ut extremam huic quaesito manum imponamus ad uerba Auer. in 8. quaesi. post. aliter dicamus, ubi asserit finem esse medium in demonst. simp. & est sciendum, q demonstratio & definitio bifariam considerantur, uno modo inquantum sunt instrumenta rebus applicata: Alio modo inquantum sunt instrumenta rebus non applicata, tunc dicendum q quando dicit Auer. q omnes causae tam illae, quae sunt intrinsecae, ut materia & forma, quàm quae sunt extrinsecae, ut agens & finis possunt esse medij termini in demon. simp. intelligitur Auer. hoc modo uidelicet omnes causae sunt medij termini in demon. inquantum illa demonstratio est instrumentum rebus applicatum, non autem inquantum est instrumentum rebus nō applicatum. Vnde manifesta est quaesiti ueritas, firmiter defendenda finem non esse medium in demonstratione simpliciter, nisi eo modo a nobis declarato. Sis ergo certus lector suauissime illa, in hoc quaesito esse declarata, quae a nullo fuerunt tacta, tibi sint repraesentata hilarique animo tanquàm tibi utilia accipias.

FINIS TERTII QVAESITI.

QVAESITVM QVARTVM,

NVM CAVSA EFFICIENS SIT MEDIVM IN DEMONST. SIMP.

Procemium.

Ntentio nostra in hoc quaesito est perscrutari, num causa efficiens sit medium in demonstratione simpliciter, in quo quidem moderni laborant omnes, & ut clarissime huiusce quaesiti ueritatis determinatio iuxta Arist. & Auer. mentem percipiatur, eundem quoque seruabimus modum sicut in caeteris. Primo aliorum positiones & argumenta narrabuntur. Ordo procedēdi in quaesito. Secundo uera ac propria iuxta Arist. & Auer. placita opinio dicetur, ac fundamenta quibus innititur exarabuntur. Tertio & ultimo soluentur rationes partis oppositae.

OPINIO ALIORVM. CAP. PRIMVM.

1. Ratio. Rima istorum ratio est talis, demonstratio simpliciter non procedit per causam formalem, ergo per causam efficientem. ergo causa efficiens est medium antecedens probatur, nam si procederet per causam formalem tunc sequeretur quod faceret scire quid & non quale, quoniam 2. physic. 28. forma est causa denotans quod quid.

2. Ratio. ¶ Amplius id quod est proprium uni si alteri competit est per accidens, sed causa formalis propria est definitioni, ergo si tribuitur demonstrationi est per accidens non ergo forma, sed causa efficiens est mediū in demon. simp. ¶ Amplius confirmāt eorum positionē ex 2. post. 6. ubi ait Auer. expedit autem quod scias, quod per quod uere respondetur respōsis ad quid, sit impossibile est quod eo respondeatur responsis cur sit, quod enim respōdetur respōsis ad quid sit, sunt causae & sunt formae quo aūt respondetur responsis ad cur sit, sunt causae extrariae & dignissima illarū est causa finalis & quarundam rerū est causa efficiēs 3. Ratio.

E ex qui-

ex quibus concludunt in doctrina Au. cām efficiē tem, ut efficiēs est esse mām, & si forma erit mediū non ut forma, sed ut efficiens, uidetur quidem admodum hæc opinio apparens, ideo ad eius corroborationem scribantur propriæ rationes.

4. Ratio. propria. ¶ *Amplius uidetur, q hæc sit uera Auer. mens 1. post. 2. hæc retulit uerba, cum hæc prænotio sit agens, quæ est notio primarum præmissarum, clarius tamen 2. poster. 10. & in epit. met. tractatu 1. cap. de principio asserebat nos acquirimus demonstrationem agentem scientiam demonstratiuam ex quibus sumi potest q cum præmissæ sint agentes scientiam demonstratiuam q contineant medium terminum qui sit causa agens.*

5. Ratio. propria. ¶ *Rursus & fortius Arist. 2. post. 41. 46. sed Auer. tanta cum claritate hoc quæsitum determinare uidetur in 2. poster. 42. ubi non est mirum si multi insequuntur talem opinionem dicit enim ibi Auer. talis, scilicet definitio non fit euidens ullo modo nisi demonstratione, sicut est definitio eclipsis, quæ nunquam scitur nisi ob demonstrationem cuius medius terminus est causa agens ipsam & quid clarius?*

6. Ratio. propria. ¶ *Vltra qualis est finis tale debet esse medium per quod indagatur ille finis 3. ethic. 6. sed scire per demonstrationem simp. est finis in summo, & scire in summo 1. post. 7. 11. Auer. ergo debet haberi per medium quod sit in summo sed causa efficiens est medium & causa in summo 2. physic. 38. Arist. oportet autem semper causam uniuscuiusque summam quærere ut homo ædificat quoniam ædificator est, ædificator autem est secundum ædificandi artem, hæc igitur prior causa est, ergo sequitur q causa efficiens sit medium in demonst. simp.*

7. Ratio. propria. ¶ *Vlterius 8. metaph. 13. dicit Auer. sic. Et rectum est ut causa, quæ est forma & causa propter quam est forma non sint eadem licet illa propter quā est forma multum intret definitiones perfectas, quæ dicuntur transmutatę demonstrationes in situ, dicit paulo inferius, sed definitio si non continuerit causam propter quam inuenitur forma tunc definitio non erit manifesta neque perfecta, deinde dedit exemplum & dicit, v. g. q eclipsis est priuatio luminis, idest cum homo fuerit contentus a tali definitione in cognitione eclipsis erit cognitio diminuta licet teneat formam, quæ est priuatio luminis, deinde dicit Auer. & cum dicitur propter interiacentiam terræ ipsi & soli tunc perficitur cognitio eclipsis & hoc intendebat cum dicit, & si additur & si fuerit additum in hac definitione q priuatio luminis est ex terra quia interiacet ipsam & Solē tunc inducitur defi. q cōtinet causam agentē eclipsis & formā eclipsis ex quibus oritur dubitatio quasi insolubilis, et est talis supponendo unum ex Arist. 1. post. 64. 2. post. 46. in 8. quæsi. post. Auer. 1. post. 11. definitio est demonstratio, idest termini ingredientes definitionem ingrediuntur demon. & non differt definitio a demon. nisi in ordine & situ terminorum, quoniam illud quod primo loco ponitur in demonstratione est differentia, uel illud quod tenet locum differentię, & illud quod tenet locum generis in demonstratione secundo loco ponitur, at in definitione totum oppositum, sed (ut dictum) causa efficiens ingreditur definitionem, ergo clarissime patet causam efficientem ingredi demonstrationem, & non nisi ut medium, eoque magis quia definitio educitur a demonstratione, modo si demonstrationem non ingrederetur causa efficiens pro medio tunc definitio nō posset educi a demonstratione, sed uerum est q educitur definitio a demōstratione & illa definitio educta a demonst. est cum causa efficiente. ergo in illa demonstratione medium est causa efficiens. ratio quidem pulchra.*

¶ *Amplius Auer. 1. post. 34. dicit & sic raro commōstratur esse accidentis per suam causam efficientem, ex quibus iam sumitur causam efficientem medium fore in demon. simp.* 8. Ratio propria.

¶ *Amplius demonstratio simp. fit ex necessarijs. 1. post. 28. 35. 44. 45. 46. 48. 49. 50. 51. 52. 54. sed causa efficiens 1. post. 34. est necessaria ergo ex causa efficiente fit demonstratio simp. & non nisi pro medio.* 9. Ratio propria.

¶ *Amplius illa causa est medium in demonstratione simp. propter quam res est scienda, hoc nemo quidem negare potest, sed per causam efficientem res scitur 2. post. 42. ut priuatio luminis scitur per terræ interpositionē erga causa efficiens est medium in demon. simp.* 10. Ratio propria.

¶ *Amplius regula est topica sicut se habet simpliciter ad simpliciter ita magis ad magis & maxime ad maxime. maxime scire & in summo debet haberi per maximam & in summo causam, sed causa efficiens est maxima causa 4. metaph. 1. 8. met. 2. & scire simpliciter est maxime, & in summo scire 1. post. 11. & 7. ergo debet haberi per causam efficientem, quæ in summo est causa 2. phys. 38. ergo medium per quod habetur tale scire non erit nisi causa efficiens.* 11. Ratio propria.

¶ *Amplius Methodus est diuulgata quidquid est causa causæ, est causa causati. sed causa efficiens est causa formæ 8. metaph. 13. & forma est causa scientiæ 3. metaph. 3. ergo efficiens est causa scientiæ. Arguatur modo illa causa est medium in demon. simp. quæ causat finem scire simpliciter, sed causa efficiens huiusmodi, ergo causa efficiens est medium in demonst. simpliciter.* 12. Ratio propria.

¶ *Amplius Auer. 2. poster. 67. sic fatetur, expedit te scire quod maior pars necessariarum illationum cum causis efficientibus sit de accidentibus cum suis subiectis, quæ nota sunt in accidentibus essentialibus, & ideo demonstrationes simpliciter fiunt in hoc genere & quid clarius?* 13. Ratio propria.

¶ *Pręterea Auer. 2. poster. 40. & in quæsito 8. posterior. in principio ac in cap. de definitionibus manifeste ait causam efficientem* 14. Ratio propria.

ficientem esse medium in demon. simpliciter; dicit enim ibi Auer. sic Arist. putat q demonstrationes ex quibus educuntur definitiones, quæ sunt definitiones quas ipse uocat demonstrationes positione differentes sunt demonstrationes quibus contingit, q ipsarum medij termini sint causæ, quæ sunt extra ipsam rem & in re, quæ sunt ipsum agens & f. Ergo patet per uerba Auer. causam efficientem esse medium: **Confirmatio.** ¶ Quod quidem confirmat Auer. ibidem affert exemplum sic dicens: Exemplum autem illius, quæ est noti esse secundum aliquam rem est eclipsis lunæ, nam eclipsis est nota in esse lunæ ignota secundum quiditatem cum contingat esse remotionem eius luminis ob multas causas, & dum componitur demõstratio sic, dun. fit lunæ eclipsis terra interponitur inter ipsam & ipsum Solem terra autem interposita inter ipsam & Solem cessat lumen Solis a luna sic q concluditur q eclipsis fit cessatio luminis Solis ab ipsa luna, quæ est quiditas eclipsis. Dum autem mutatur ordo huius demonstrationis secundum se totam fit hinc definitio perfecta eclipsis, nam eclipsis est cessatio luminis Solis ab ipsa luna ratione interstitij terræ inter ipsam & Solem, notum autem est q medius terminus hic sit causa extra quiditatem eclipsis, nam est eius efficiens, ex quibus iam patet apud omnes qui sunt huius uoti quod causa efficiens sit medium in demonstratione simpliciter. **15. Ratio. propria.** ¶ Amplius demonstratio simpliciter fit ex immediatis 1. poster. 9. Arist. at causa formalis est mediata & causa efficiens immediata probatur quia 8. metaph. 13. forma est propter efficientem ergo ex causa efficiente debet esse demonstratio non alia ex causa. ¶ Amplius demonstratio simp. est de accidentibus 2. post. a tex. 9. usque ad 19. 1. poster. 52. 11. met. cap. 1. at accidentia non habent formã quia nõ sunt composita ergo nõ demonstrantur per formam, si carent forma ergo non demonstrantur nisi per efficientem, istę sunt ergo rationes hanc positionem corroborantes.

QVAESITI VERITAS. Cap. II.

Vulgata in fulgentissima Auer. doctrina est propositio 1. cæli 2. ac 85. 1. poster. in prologo in quæst. 3. post. 4. phy. 129. 3. met. 11. sermones disputatiuos apparentes in quæstionibus difficilibus præcedere, demonstrationes uero, seu demõstratiui sermones atque ueri subsequuntur. Nos autem Auer. dogma sequentes post rationes apparentes partis aduersæ inductas oportet modo ueras ac demonstratiuas afferre eoque magis quia locus est Auer. 7. ethicorum cap. 2. demonstrationes sunt perfectiores & nobiliores quã do inducuntur post orationes dubitabiles, quantum ergo positio hæc sit contra Arist. & Auer. atque toto ex capite a ueritate aliena firmissimis eorum sententijs, ac demonstratiuis rationibus demonstrare intentio nostra est, ex quibus uera ac indubitata defendetur conclusio causam efficientem, ut efficiens est non esse medium in demon. simp. ex qua ueritate determinata supradictæ opinionis falsitas patebit. ¶ Sit ergo, Prima ratio, & demonstratiua talis, illa ingrediuntur demonstrationem simp. **Cap.° 1. 1. Ratio.** quæ sunt in primo & 2. modo dicẽdi per se Arist. 1. poster. 35. 53. primus modus, idest differentiæ, & definitiones pro medio termino teste Auer. in epist. de prim. prædicatorum, secundus modus pro quæsito quia continet accidentia essentialia quorum est demonstratio 2. post. 12. 94. sed causa efficiens licet sit necessaria non est in primo modo quia non accipitur in definitione effectus, ut Auer. 1. post. 34. 35. non in secundo modo quoniam sola accidentia essentialia sunt, in secundo modo, ergo causa efficiens non est medium, & per consequens, quartus modus dicendi per se, in quo est causa efficiens non ingredi demon. simp.

2. Ratio. ¶ Amplius Auer. 2. poster. 57. 58. illæ causæ capiuntur medij termini in demonstrationibus simpliciter, quæ sunt cum causato simul quarum proprietas est q quando ponitur esse causa in prædicato causatum sit prædicatum, & quando ponitur futura, causatum sit futurum, & quando ponitur esse de facto inuenitur causatum de facto hæ autẽ sunt causæ formales & finales & non efficiens neque materia ergo sequitur formam esse medium, non autem efficientem, corue quid crocitas contra? non te hęc ratio tuum claudit os? **3. Ratio.** ¶ Amplius Auer. 1. post. 35. sic fatur quibus utimur in demonstrationibus sunt duæ species intendit per demonstrationes; demonstrationes simp. non omnes species demõstrationum attributio enim causæ efficientis subintrat signa, & interdum subintrat demonstrationem causę tantum, & ideo error est putare in omni demonstratione esse sumendum prædicata tali prædicatione prout uidetur ex uerbis Alpharabij in suo libro: causæ enim quæ sunt extra rem non subintrant definitiones rerum, nisi per accidens, hoc est, quando contingit causam efficientem esse in re non separatam ab ipsa, prout est situs terræ inter Solem & lunam in eclipsi & similiter finis non ingreditur definitionem nisi fuerit ignota differentia & ponatur loco ipsius, & ut uniuersalius inquam ponere singulas quatuor causas fieri medios terminos demõstrationũ simp. & ponere omnes species prædicationis demonstratiuæ esse duas species acceptionis subiectorum in definitionibus prædicatorum & acceptionis prędicatorum in definitionibus subiectorũ est sibi ipsi repugnans ultra mendacium quod est eius prout æstimatur a scilicet Alpharabius, ex quibus uer-

bis adeo patet in doct. ina Auer. causam efficientē
licet sit necessaria, de hac enim loquitur Auer. nō
esse mediū in demon. simp. ꝙ qui negauerit præce-
4. Ratio. ptore indiget. ¶ Amplius 1. post. 62. 6. ethicorū
cap. 4. 7. met. 53. & 34. Arist. est præceptum nec
non Auer. in epit. log. cap. de demon. corruptibi-
lium non sunt demonstrationes, nec definitiones
sed tantum æternorum atque sempiternorum, sed
æterna sempiterna 4. cæli 1. non habent causam
efficientem, ergo non possunt demonstrari per cau-
sam efficientem, ergo causa efficiens non erit me-
dium in demonstratione, & pro minoris confirma-
tione uide Auer. 4. cæli 1. ubi talia refert. Res
enim æternæ non habent agens, nisi secundum si-
militudinem, neque habent ex quatuor causis nisi
formalem, & finalem & si habuerint aliquid qua-
si agens, non erit nisi inquantum est forma illi &
conseruans ipsum, aurea quidem uerba.
Dubitatio. ¶ Sed dubitabis sumens occasionem ab Auer. in
2. physic. 74. & in libro de substantia orbis
cap. 2. ubi asserit ꝙ in æternis datur agens in illis
uerbis, ex agente sequitur actum necessario &
hoc est in rebus æternis, ex quibus patet æterna
Solutio. habere causam efficientem. ¶ Soluitur hoc mo-
do, ut soluit Auer. 4. cæli 1. ubi asserit ꝙ res æter-
næ non habent agens nisi secundum similitudinem
non uere agens, quod agens secundum similitudi-
nem est ueluti forma.
5. Ratio. ¶ Amplius Arist. 1. post. 56. ait propter ipsum
igitur oportet & medium tertio & primum medio
inesse, in quibus uerbis uult Arist. ꝙ primum, id-
est prædicatum propter ipsum, idest proprie per
se cōuertibiliter insit medio termino & tertio, idest
subiecto, adeo ꝙ isti tres termini adinuicem con-
uertantur, et medius terminus sit causa propria es-
sendi primum quod primum insit per se tertio, id-
est subiecto, sed sic est ꝙ quando causa efficiēs es-
set medium non conuerteretur cum tertio, idest,
cum subiecto neque sumeretur in definitione illius
licet illa causa efficiens sit necessaria 1. post. 35.
ergo causa efficiens non est medium in demonstra-
tione simp. ¶ Amplius nulli dubium fore exi-
6. Ratio. stimamus inter demonstrationem simp. & demon
strationem signi maximum reperiri discrimen, ue
luti patet 1. post. 95. 96. 97. 98. 99. stante hac
differentia arguatur sic, si causa efficiens esset me-
dium in demon. simp. tunc sequeretur inaudabile
inconueniens, quod non daretur differentia in
ter demon. simp. & signi. & probatur ex dictis
Auer. 1. post. 34. ubi asserit sic, hæc itaque prædi-
catio si intret species prædicationis demonstratiuæ
numeratur inter signa, ualeant ergo hanc positio-
nem falsam insectantes. ¶ Præterea & fortius
Arist. 7. metaph. 31. dicens, quare sicut in syllo-
7. Ratio. gismis omnium principium substantia est, ex ipso
enim quid est syllogismi sunt, & 1. de anim. 11.

dixit, omnis enim demonstrationis principium est
ipsum quid est, & Auer. 6. metaph. 1. notauit sic
dicens, demonstratio enim est de substantijs ad acci
dentia, quo sic stante arguatur, omnis substantia est
triplex 2. de anim. 2. 25. aut materia aut forma
aut compositum 7. metaph. 34. 7. metaph. 7. 12.
metaph. 14. medium in demonstratione simp. non
est substantia, quæ est materia, non substātia, quæ
est composita, quia in allegatis locis ait Arist. ꝙ
ipsum quid est principium & medium in syllogis-
mis non materia, compositum est corruptibile &
causatum 1. phy. 69. medium debet esse æternum
perpetuum incorruptibile 1. post. 62. 48. 49. nō
ergo compositum quid ergo erit medium? non nisi
forma, quæ est quid, & non efficiens. pulchra qui-
dem ratio & insolubilis. ¶ Sed dices 2. physic. Dubitatio.
70. efficiens & forma idem, ergo si substantia, quæ
est forma est medium, ergo efficiens erit medium
quia idem cum forma. ¶ Soluitur quod licet Solutio.
forma & efficiens sint idem, tamen subiecto non
sunt Arist. uolens ꝙ illa substantia, quæ est prin-
cipium in dem. simp. nō est causa efficiens ut effi-
ciens sed forma ut forma noluit dicere ꝙ ipsum
quid est principium demonstrationis & non effi-
ciens, ergo causa efficiens non ut efficiens, sed
ut tenet locum formæ, medium est in demon. simp.
& non econtra. ¶ Amplius & fortissime, Arist. 8. Ratio
enim 2. post. 20. 21. disputans an definitio pos-
sit demonstrari, determinat ꝙ non, quia sequeretur
petitio, scilicet demonstraretur definitio per defini-
tionem, forma per formam & assumeremus id
quod quæreremus, idest acciperemus pro medio
id quod intendimus demonstrare adeo ꝙ idem es-
set medium notum & quæsitum ignotum, quod fal
sum, in quibus uerbis asserit Arist. ꝙ medium est
definitio, sed definitio est forma & non efficiens 3.
met. 3. Arist. 2. post. 20. Auer. ergo efficiens,
ut efficiēs nullo modo est medium in demon. simp.
¶ Sed aliqui dicunt ꝙ forma est medium in de- Responsio aliquorum.
monst. simp. tamen non ut forma, sed ut tenet lo-
cū efficientis. ¶ Sed hæc est contra Auer. 1. post. Conclusio.
35. ubi dicit causæ enim, quæ sunt extra rem non
subintrant definitiones rerum nisi per accidens
hoc est quando contingit causam efficientem esse
in re non separatam ab ipsa, ubi uult Auer. quod
causa efficiens per accidens, idest in quantum te-
net locum formæ, sit medium in demōstratione &
ingrediatur definitionem & non uult quod forma
ut tenet locum efficientis, nam forma, ut forma
mouet & agit, nam mouere & agere sunt effectus
formæ, moueri, & pati materiæ Arist. 2. de gener.
& corrupt. 53. 3. physic. 17. semper existi-
mabitur aliqua species mouens & 4. cæli 22. 3.
cæli 28. forma mouet inquantum forma & moue-
tur secundum quid est in materia & quid clarius?
¶ Amplius medium in demon. simp. debet esse 9. Ratio
causa

causa sequens suum causatum 2. post. 57. 58. atqui causa efficiens non sequitur causatum, ut ibidē patet & in lib. destr. disp. 3. in sol. 10. dubij, & 2. post. 67. 1. post. 34. ergo causa efficiens non potest esse medium in demon. simp. ¶ Sed dices q̃ hæc ratio ualet de causa efficiente contingente non autem de necessaria. ¶ Contra arguatur & demōstratiue, dem. simp. fit de his quorū alterū sumitur in definitione alterius 1. post. 35. 44. 153. sed causa efficiēs necessaria nō accipitur in definitione rei 1. post. 32. & 34. ubi d. Auer. similiter putatur q̃ inueniantur aliquæ res per se necessariæ rei & nō sumantur in eius definitione pro ut est maior pars causarum efficientium, quoniam non omnes causæ capiuntur in definitionibus, ergo sequitur demonstratiuè causam efficientem necessariam sub titulo & nomine efficientis non posse esse medium in demon. simp. licet necessaria & per se sit. ¶ Amplius aut quartus modus dicendi per se ingreditur dem. simp. aut non. non potes dicere quod 4. modus ingreditur demon. quoniam est contra Arist. 1. post. 35. 153. ubi uult tantum duos modos primum & secundum ingredi demon. ergo quartus modus excluditur a demon. & cum causa efficiens necessaria sit quarto modo, merito prorsus a demon. simp. uenit expellenda. ¶ Sed dices q̃ uerum est quòd primus & 2. modi ingrediuntur demonst. tamen non pro medio termino sed pro quæsito 4. uero modus ingreditur pro medio termino & sic causa efficiens ingreditur demonst. simp. ¶ Et probatur d. enim Arist. 1. post. 153. demonst. nanque eorum est, quæcunque per se insunt rebus, per se uero dupliciter: quæcunque etenim in illis insunt in eo q̃ est quid, & quibus ipsa in eo q̃ est quid in existentibus ipsis, ex quibus uerbis & maxime per ly eorum sumi potest, q̃ primus & secundus modi deseruiant demonst. pro quæsito, nam illud cuius est demon. est quæsitum 2. post. 1. at demon. est eorum quæ per se insunt in primo & secundo modo, ergo ea quæ sunt in primo & secundo modo sunt quæsita demon. absoluenda per demon. ¶ R. q̃ primus modus deseruit demon. pro medio 2. uero pro quæsito, quando uero d. Arist. q̃ demon. eorum est quæ per se insunt rebus intelligitur hoc modo .s. demon. est eorum idest ex ipsis quæ sunt per se in primo modo pro medio termino remoto tamen genere, & est eorum sicut iacet. i. quæ sunt in 2. modo. i. pro quæsito, & nota quia hæc exposi-

Solutio.

Replica.

10. Ratio.

Aliquorum defensio.

Confirmatio propria.

Solutio.

¶ Amplius illa causa est medium in demon. simp. quæ coexistit rei 1. post. 35. Auer. est simul cum re conseruat rem in esse, sed causa efficiens ut efficiens non coexistit rei nisi ut tenet locum formæ ut ibidem patet, non conseruat rem in esse 4. cœli 1. Auer. ergo efficiens ut efficiens licet sit necessaria non est medium in demō. simp. ¶ Amplius medium est causa essendi 2. post. 6. Arist. sed efficiens non est causa essendi, sed est principium, unde motus 5. met. c. 2. 8. met. 12. 1. de gen. an. c. 1. & 1. de gen. & cor. 14. 5. met. 29. 2. post. 48. 1. met. c. 3. 2. phy. 29. in lib. de somno & uig. c. 3. ergo efficiens non est med. in dem. simp. ex his ergo rationibus luce clarius patet efficientem non esse medium in demon. simp.

11. Ratio.

12. Ratio.

ALIORUM RATIONES SOLuuntur. Cap. III.

ET quoniam solutio dub. inuentio ueritatis est 7. ethi. c. 4. Arist. Ideo quæsiti ueritate determinata operæpretium est aliorū soluere rationes. Et prima fuit talis, demon. simp. non procedit per causam formalem, ergo per efficientem negatur antecedēs, & ad probationē R. quòd forma bifariam cōsideratur, uno modo ut est propria causa .i. ut præd. per se, alio modo ut præd. in quid, unde dicimus q̃ forma ut est præd. in quid absoluit quæs. quid, & sic in defini. sed ut præd. per se & ut propria causa absoluit quæs. quale & sic in demon. ¶ Soluitur 2. glosando maiorem hoc modo, scilicet illud quod est proprium uni competit alteri per accidens, quando eodem modo consideratur, modo si forma accipitur ut ē præd. in quid, sic per se competit diffi. & per accidens demon. sed ut est præd. per se competit demon. per se unde forma diuerso modo considerata per se competit defi. & demon. ¶ Sed dubitatur nam 1. post. 32. Arist. omne prædi. aut est per se, aut per accidēs, si forma competit demon. ut est præd. per se, ergo competit defi. per accidens quod est falsum, ergo solutio est nulla, quoniam siue forma sumatur ut præd. in quid, siue ut præd. per se idem est, nam definitio 1. post. 30. est præd. per se, forma 3. met. 3. est defi. ergo forma est præd. per se, siue in defi. siue in demon. sumatur, semper erit præd. per se, ergo non est differentia inter præd. in quid & per se cum unum & idem sit. ¶ Nos autem altius per

Ad 1. Solut. Balduini.

Sol. ad 2. eiusdem Bald.

Viuoli dub.

Sol. propria

QVAESITVM QVINTVM,

AN FORMA SIT MEDIVM IN DEMONST. SIMP.

ALIORVM OPINIO. Cap. I.

1.Ratio. VLLVM accidens est medium in
demon.simp.quoniam demon. est de
substantijs ad accidētia 6.met.1.sed
forma est accidens,nam d. Arist. 1.
post.32.quæcunque de subiecto dicuntur acciden
tia sunt, sed forma dicitur de subiecto ut patet. er
go forma est accidens & per consequens non est
2.Ratio. medium. ¶ P. nulla passio est medium in demon.
simp. ut probatū est supra, sed forma 4. met. 30.
est passio ergo forma nequit esse medium in dem.
3.Ratio. simp. ¶ Amplius nullum accidens est medium in
demon. simp. ut patet, sed forma est accidens, nā
d. Arist. 1. post. 31. quæcunq; sunt in subiecto &
illud subiectum sumitur in defi. illorum sunt acci-
dentia, sed forma est in subiecto, & subiectum su-
mitur in defi. formæ d. enim Aue. 2. de ani. 4.
proprium formæ est esse in subiecto, & 2. phy. 3.
forma diffinitur per subiectum quia est natura. er
go forma est accidens, ergo non est medium in
4.Ratio. demon. simp. ¶ P. Auer. 1. post. 148. illa sunt
prædicata accidentalia quorum subiecta sunt sub-
stantiæ, sed subiectū formæ est materia 2. de ani.
4. Auer. quæ materia 2. de ani. 2. 25. est sub-
stantia, ergo forma est prædi. accidentale & non
5.Ratio. erit medium in demon. simp. ¶ P. si forma esset
medium tunc sequeretur petitio, nam demon. con-
cludit passionem de subiecto, sed forma est passio
4. met. 30. ergo passio concluderetur per passio-
nem idem per idem, ergo forma non est medium.
6.Ratio. ¶ Nulla qualitas est medium in demon. quoniam
in demonst. imus de substantijs ad accidentia 6.
met. 1. sed forma est qualitas 5. met. c. de quali.
7.Ratio. ergo forma non est medium in demonst. ¶ Am-
plius si forma esset medium, tunc id quod est per
accidens ingrederetur dem. quod est contra Ar.
1. post. 41. 2. post. 94. consequentia probatur, nam
ubi forma ibi materia 1. phy. 65. materia non sepa
ratur a forma & materia est causa eius quod est
per accidens 1. post. 178. ergo forma est causa
eius quod est per accidens ergo forma nequit esse
8.Ratio. medium in demon. simp. ¶ Amplius dem. simp.

eum non sit præd. necessarium neq; conuertibile
non erit medium in demon. simp. ¶ Amplius sin-
gulare non ingreditur demon. simp. 1. phy. 5. 1. 9.Ratio.
post. 134. quia non possunt esse præmissæ demon.
sed forma est singularis, nam quod comprehendi-
tur sensu 1. post. 12. est singulare, sed forma com-
prehenditur sensu 2. de ani. 2. ergo forma singula
ris & non est medium in dem. simp. ¶ P. si forma 10.Ratio.
esset medium tunc sequeretur petitio, forma con-
cluderetur per formam, probatur nam forma est
inseparabilis ab eo cuius est forma 1. phy. 65. er-
go quando concluditur effectus, concluditur etiam
forma quæ est inseparabilis ab illo effectu, ergo for
ma per formam, hoc est absurdum ergo forma non
est medium in demon. ¶ P. illa ingrediuntur de- 11.Ratio.
mon. simp. quæ sunt in primo & secundo modo di
cendi per se sed forma neutro modo inest sed est in
4. modo nam illa sunt in 4. modo quæcunque in
sunt propter ipsum, sed propter formam prædica-
tum inest subiecto, ut risibile inest homini propter
rationalitatem, ergo forma non erit medium in
demon. ¶ Amplius medium debet esse æternum 12.Ratio.
non cor. 1. post. 48. 49. Arist. sed forma est cor.
quia est in materia ut Auer. in epit. met. tract. 2. er
go forma non est medium in demon. simp. ¶ Am 13.Ratio.
plius si forma esset medium in demon. simp. non
esset differentia inter dem. simp. & propter quid
nam demon. propter quid habet medium quod est
forma 2. post. 48. ergo forma nō est mediū in de-
mon. simp. ¶ P. medium in demon. simp. debet 14.Ratio.
esse causa prima immediata, causa tantū, non cau-
sa causata 1. post. 70. d. Arist. ex prioribus enim
sciuit cum ex non causatis sciat causis, sed forma
est causa causata ab agente 8. met. 13. Arist. 8.
phy. 32. ergo forma non est medium in demonst.
simp. ¶ P. id quod adest & abest præter subiecti 15.Ratio.
corrup. est accidens 1. top. c. de accidente, sed for-
ma adest & abest a materia prima præter mate-
riæ 1. corrup. quæ est eius subiectum, quoniam ma
teria prima modo recipit unam formam modo reli
quam, ergo forma est accidens, sed nullum acci-
dens est medium ut supra fuit probatum. ergo for
ma nequit esse medium in demon. simp. ¶ P. si for 16.Ratio.

17. Ratio. quit esse medium. ¶ P. nullum genus est medium
in demon. quia non est conuertibile 1. post. 41. sed
forma est genus 2. phy. 28. ergo forma non est me
18. Ratio. dium. ¶ P. nullum ignotum est medium in dem.
quoniam medium debet esse notissimum, quoniam
demon. est ex notioribus 1. post. 9. sed forma est
ignota quia demonstratur 2. post. 42. & 40. in
quæs. 8. post. ergo forma non est medium in dem.
19. Ratio. simp. ¶ P. nulla substantia prima est medium in
dem. simp. quia est singularis, sed forma est substan
tia prima 7. met. 39. ergo forma non est medium.

QVAESITI VERITAS. Cap. II.

QVAESITI determinatio, atque indubitata Arist. & Auer. est sententia medium
in demon. simp. formam esse quæ in genere scien-
tiæ principatum obtinet 3. met. 3. quam ueritatem
demonstratiuis rationibus confirmare operæ pre-
1. Ratio. tium est. ¶ Illa causa est medium in demon. simp.
quæ inter omnes causas ad faciendam scientiam
est melior, sed forma 3. met. 3. in genere scientiæ
& ad faciendam scientiam est melior, ergo forma
2. Ratio. est medium in demon. simp. ¶ P. illa quæ ingre-
diuntur demon. simp. sunt illa quæ sunt in primo
& secundo modis dicendi per se, sed forma est in
1. Post. 35. primo modo 1. post. 30. ergo forma ingreditur de-
mon. & eorum quæ ingrediuntur demon. quædam
ingrediuntur ut quæsita & sunt ea quæ sunt in 2.
modo, quædam uero quæ ingrediuntur ut medium
& hæc sunt quæ reperiuntur in primo modo ut dif
ferentiæ specificæ, quæ sunt forma & diffinitiones
ut causæ, teste Auer. in epist. de prim. præd. ergo
3. Ratio. forma erit medium. ¶ Amplius Auer. 2. post.
58. demonstrat contra oppositum defendentes,
illa causa est medium in demon. simp. quæ inue-
nitur simul cum causato, & quando ponitur esse
causa in prædicato causatum sit prædicatum, &
quando ponitur futura, causatum sit futurum, &
quando ponitur esse de facto causatum inuenitur
de facto, sed forma est simul cum causato quæ po-
sita de facto ponitur, quæ futura causatum est futu-
rum, ergo forma est medium in demon. simp. pul-
4. Ratio. chra quidem ratio. ¶ Amplius Arist. 2. post. 6.
d. φ causa essendi est medium in demonst. clarius
Auer. 1. post. 11. ac in epist. de prim. præd. ait
sic. demonstrationis autem sine dubio est φ termi-
nus medius sit causa essendi prædicati ipsius quæ-
stionis simp. sed causa essendi est forma 7. met. 60.
2. post. 48. ergo forma est medium in demon. simp.
5. Ratio. ¶ Amplius illa causa est medium in dem. simp.
quæ est causa scientiæ et distinctionis ut clarum est,
sed forma 7. met. 49. est causa scientiæ 3. met. 3.
ergo nulli dubium erit formam esse medium in
6. Ratio. demon. simp. ¶ P. illa causa est medium in dem.
simp. quæ causa ueritatis, hoc quis negabit? sed
anima quæ est forma 2. de ani. 2. est causa ueritta-
tis 8. met. ultimo Auer. ergo forma est medium in
demon. simp. ¶ P. qualis & quantus est finis, ta- 7. Ratio.
le & tantum debet esse medium per quod acquiri
tur ille finis 3. ethic. c. 6. sed scire quod est finis de-
mon. simp. inter quodlibet scire est scire in summo
1. post. 7. et melius scire, ergo debet haberi per me
lius medium, sed forma est melior causa ad facien
dam scientiam & in genere scientiæ 3. met. 3. ergo
forma debet esse medium in demon. ad acquiren-
dum talem finem, nempe scientiam. ¶ P. illa causa 8. Ratio.
est medium in demon. quæ dat quid substantiarũ,
& propter quid accidẽtium 1. de ani. 11. sub ob-
scuris tamen uerbis, sed forma ut clarissime patet
dat quid subst. & propter quid accidentium ut cõ-
stat 8. quæs. post. ergo forma est medium. ¶ P. 9. Ratio.
ex omnium consensu medium in demon. est defini
tio, ex quo concesso ab omnibus arguatur, sed defi
nitio 3. met. 3. 7. top. c. 2. Arist. est forma ergo for
ma est medium in demon. ¶ Amplius Albertus 10. Ratio.
re, & nomine magnus in suo primo lib. de anima
c. 1. defendens nostram opinionem d. cum omniũ
animatorum principium sit anima, non poterunt
animata cognosci nisi per cognitionem suarum ani
marum sicut & unumquodque aliorum non co-
gnoscitur nisi per formam suam eo quia forma est
principium esse & cognitionis, ecce ergo studiosis-
simi iuuenes quomodo forma est medium ad co-
gnoscendum accidentia propria de suis proprijs
subiectis. ¶ Amplius Eustratius Græcus cui maxi 11. Ratio.
ma est præbenda fides in 2. post. in prologo adeo
clare determinat hanc ueritatem ut clarius dici nõ
potest, ait ipse sic: Quatuor autem existentibus
causis apud Arist. de formali plurimus sermo ab
ipso hoc in loco habetur, propterea φ hæc in de-
monstrationibus medium ut plurimum accipitur.
Materialis enim peior est causarum, atque ex ip-
sa cognitio obtusior iuxta comitantem habens hu-
iusmodi causæ caliginem & incertitudinem, effi-
ciens uero et finalis uel ambo exemptæ sunt ab eo
cuius sunt causæ, uel si quando horum altera habe
tur eadem specie est, hæc autem est finis, forma ue
ro sola semper propria, & perfectiua est substan-
tiæ rei & cognitionem ipsius puram præbens, quã
ob rem plures demon. hanc medium accipiunt, &
quid clarius? Ex quibus ergo omnibus rationibus
sequitur clara mens Arist. & Auer. φ medium
in demon. simp. sit forma quæ est metrum & men
sura scientiæ, est enim causa scientiæ & distinctio
nis manifestationis, & non immerito Aristot. &
tantas formæ tribuit laudes, uocat ipsam diuinum
quid 1. phy. 81. secundum φ assimilat Deo, uocat
optimum secundum φ est finis motus, uocat appe
tibile secundum φ quietat materiam, uocat formã
secundum φ distinguit & format, uocatur species

secundum ꝙ dat esse et cognitionem, uocatur ratio secundum ꝙ ab ea sumitur definitio, uocatur idea secundum ꝙ procedit ab exemplari primæ causæ uocatur imago ut est deriuata a primo, dicitur idea, Typus, exẽplar logos, quid erat esse, simulacrum, morpheidos, finis, terminus, energia entelechia, hoc aliquid, natura, species, effigies, quibus ergo stantibus qui uult scire per demon. sumat formam pro medio et erit demonstrator.

SOLVUNTUR RATIONES.

Cap. III.

Sol. 1. DETERMINATA quæsiti ueritate oportet ut soluantur rationes oppositæ partis. ¶ Sol. 1. negando minorem & ad eius prob. R. ꝙ tex. Ar. intelligitur sic & not. ꝙ accidens sumitur bifariam uno modo ut distinguitur contra substantiam, alio modo sumitur accidens .i. inquantum aliquod non existit per se sed per accidens, unde dicas ꝙ quãdo d. Arist. quæcunq; de subiecto dicuntur accidentia sunt .i. existunt per accidens, & per alíud ut sunt formæ & diffinitiones & uniuersalia quæ in tantum existunt, inquantũ sunt in primis substantijs unde dicebat Arist. in c. de subst. corruptis primis substantijs impossibile est aliquid aliorum remanere, dicimus ergo ad rationem ꝙ si forma prædicatur de subiecto est accidens, tamen non est accidens ut distinguitur contra subst. sed est accidens inquantum existit in alio, cum propriũ formæ sit esse in subiecto 2. de ani. 4. Au. ex quo defenditur pulchra conclusio .s. ꝙ secundæ substãtiæ ut genus & species & diffinitiones sunt accidentia .i. existunt per accidens sed in se sunt substantiæ, potest etiam fieri pulchra ratio probãs neque genus neque differentiam neque diffinitionẽ esse prædicata in primo modo dicẽdi per se & est talis nullum accidens est prædicatum in primo modo dicens per se quia prædicata primi modi sunt substantiæ 1. post. 30. 31. sed genus differentia & diffinitio sunt accidentia quoniam prædicantur de subiecto 1. post. 33. ergo sunt accidentia soluas ut dictum est. ¶ Soluitur 2. negando minorem ad eius prob. R. ꝙ sicut qualitas est duplex sic passio duplex nempe substantialis, & accidentalis, quando ergo d. Ar. 4. meteo. 30. forma est passio intelligitur passio substantialis nõ accidentalis, quæ passio substantialis est forma & medium in demon. simp. unde passio accidentalis essentialis dem. de subiecto per passionẽ substantialẽ quæ est forma ...

Conclusio defendenda.

Solutio 2.

c. de subst. Arist. et sic forma est substantia ut 2. de ani. 2. 25. et non accidens et per consequens forma est medium in dem. ¶ Sol. 4. R. ad minorẽ, et est not. ꝙ substantia est duplex quædam est substantia uere dicta existens in actu composita ut Socrates quæ proprie principaliter, et maxime dicitur, quædam est substantia secundũ quid in potentia, ut materia prima. unde dicimus quòd quando d. Auer. quorum subiecta sunt substantiæ intelligitur ueræ substantiæ compositæ. modo subiectum formæ non est substantia uera composita sed est substantia quæ est in potentia ut est materia prima 2. de ani. 4. Auer. et sic sequitur ꝙ forma non sit accidens et cum nõ sit accidens est subst. et est medium in dem. simp. ¶ Sol. 5. eadem sol. qua fuit soluta 2. ratio. ¶ Sol. 6. glosando maiorem quando dicitur nulla qualitas est medium ualet de qualitate accidentali, modo forma est qualitas substantialis quæ qualitas substantialis est medium in demon. ¶ Sol. 7. negando consequentiam ad cuius corroborationem. R. quòd forma est duplex quædam materialis educta de potentia materiæ quædam est forma mathematica abstracta a materia unde dicimus ꝙ forma materialis non est medium sed forma mathematica est medium in dem. simp. ¶ Sol. 8. negando minorem et ad proba. R. quòd forma 2. phy. 28. 7. met. 43. est duplex. Quædam comunis et uniuersalis ut est genus quædam est propria et particularis ut est differentia unde dicimus quòd forma comunis non est propria non conuertibilis non necessaria simpliciter sed secundum quid, et non est medium in demon. sed forma particularis propria conuertibilis necessaria est medium in demon. ut est differentia. ¶ Sol. 9. negando consequentiam et ad eius probatio. dicimus ex Auer. 12. met. 14. forma consideratur bifariam uno modo secundum se ut forma est, alio modo secundum suam actionem. unde dicimus ꝙ forma non comprehenditur sensu ut forma est sed intellectu, sed comprehenditur sensu secundum suam actionem et sic non sequitur argumentum. ¶ Sol. 10. negando consequentiam ad eius proba. R. quòd aliquod esse separabile uel inseparabile ab aliquo intelligitur bifariam uel secundum esse uel secundum rationem 1. phy. 65. uel ut Alexan. in primo libro natural. quæst. 16. intelligentia, uel ut Ioannes Gram. 1. phy. super tex. si cogitatione, uel ut d. Au. 12. met. 39. intellectiuum ...

Solutio 4.

Solutio 5.

Solutio 6.

Solutio 7.

Solutio 8.

Solutio 9.

Solutio 10.

siderari, uno modo attributiue, alio modo quidditati
ne 1. ut ponitur in defi. illius cuius est forma, unde
dicitur quod forma attributiuè sumpta est in 4. modo,
& sic nō erit mediū ī dem. sed quiditatiue accepta
est in primo modo & sic est medium in demonst.
Sol. 12. ¶ Sol. 12. R. ad prob. minoris & dicitur, quod formā
corrumpi sumitur bifariam uel per se uel per acci
dens, forma per se non est corrup. sed est ęterna 1.
phy. 50. d. Arist. principia oportet semper mane
re 12. met. 12. neque forma neque materia fit, &
Alex. in 1. lib. natural. quæst. c. 16. sed per acci-
dens ad cor. compositi est corruptibilis 7. met. 26.
31. dicimus ergo, formam esse medium in demon.
non ratione qua est cor. sed æterna & sempiterna.
Rep. ¶ Sed dices Arist. 10. met. ult. d. nihil secundum
accidens corruptibile est, ergo forma non est cor.
Solutio. per accidens sed per se. ¶ Sol. quando d. Arist.
nihil est cor. secundum accidens intelligitur com-
positum. 1. nullum compositum est corrup. per ac-
cidens sed per se, id enim quod per se fit per se cor
rumpitur 1. phy. 64. compositum fit 7. 23. 26. 27.
31, 33. 8. met. 8. 12. met. 18. forma & materia cor
rumpuntur per accidens ut d. Auer. in epi. met.
tract. 2. forma & materia sunt æternæ sed sunt ge
ner. & corrupt. ad generationem & corrup. com
Rep. positorum. ¶ Sed dices formam primo & per se
corrumpi, & non per accidens d. enim Auer. 8.
met. 5. contra Alex. quod ablato calore ab igne non
aufertur ignis primo & per se, sed mediante abla
tione formæ ignis, sicut quando aufertur risibilitas
aufertur homo sed non primo sed mediante abla-
tione rationabilitatis, quæ est forma hominis. unde
sequitur quod forma primo aufertur & corrumpitur
Sol. Zim. pulchra quidem & subtilis replica. ¶ Soluit Zima
ra & d. quod Auer. loquitur de ablatione quę est se-
cundum intellectum, sicut intelligitur in diffinitio-
ne prioris secundum naturam ubi dicitur, priora
secundum naturam sunt quæcunque possunt es-
se sine aliis & alia non sine ipsis, & sic dicimus quod
ablata per intellectum forma ignis primo & per
se aufertur ignis, sed ablata caliditate non aufer-
Alia Sol. propria. tur ignis nisi per uiam signi. ¶ Soluitur aliter &
dicimus quod aliquod primo corrumpi stat bifariam
uno modo primo primitate causæ, alio modo primo
primitate subiecti, tunc R. quod forma primo corrum
pitur ut causa, compositum primo corrumpitur ut
Rep. subiectū. ¶ Sed dices & subtilissime quidem Ar.
enim 1. post. 49. d. quod medium non solum non de-
bet esse corruptum sed neq; contingit corrumpi q.
d. quod medium non debet esse cor. neq; per se neque
per accidens neque ut causa neque ut subiectū, im
mo est remotum ab omni specie corrup. quoniam
demon. est ex uniuersalibus non corrup. 1. post.
62. ex necessarijs æternis sempiternis perpetuis
& nullo pacto cor. 6. ethi. c. 4. d. Arist. nam quæ
ex necessitate sunt ea plane oīa sempiterna sunt:
sempiterna aūt sine ge. & cor. sed dem. 1. post. 28.
48. 49. 50. 51. 52. 53. est ex necessarijs, ergo ex
sempiternis sine gen. & cor. ¶ Sol. remouendo om Solutio.
nes obiectiones, & dicimus quod forma est duplex
quædā materialis physica, quædam mathematica
abstracta a materia, unde R. quod forma materialis cū
fit per accidens cor non est mediū in dem. sed for-
ma mathe. a materia spoliata est medium in dem.
& sic soluuntur oēs dub. ¶ Sol. 13. ad prob. conse- Solutio 13.
quentiæ. R. quod & si dem. propter quid procedat per
formam, tamē differt a dem. simp. nam dem. simp.
procedit per formam solum. dem. propter quid per
omnes causas 2. post. a 48. ad 51. & dem. simp.
procedit per formam notam nobis, & naturæ, pro
pter quid uero per formam notam naturæ tantum.
& sic dem. propter quid differt a simpliciter. ¶ Sed Rep.
dices forma quæ est medium in dem. propter quid
est nota nobis quia est notificata per effectum ope
dem. quia ergo est nota naturæ, & nobis, ergo nō
est differentia inter simp. & propter quid. ¶ Sol. Solutio.
quod aliquod esse notum nobis sumitur bifariam uel
per se natura sua uel per accidens, unde dicimus
quod forma in dem. propter quid est nota nobis per ac
cidens, nō natura sua & perse ut est in dem. simp.,
eoque magis dem. propter quid fiunt in naturali-
bus in quibus causæ non sunt notę nobis 1. phy. 2.
dem. uera simp. fiunt in math. in quibus causæ natu
ra sua sunt notæ nobis & naturæ 1. phy. 2. 1. post.
101. Auer. ac diuus Thom. 7. met. super tex. 10.
ac Auer. 3. cæli 61. 1. de ani. 10. 7. met. 10. & sic
maxime differt propter quid a simp. ¶ Sol. 14. & Solutio 14.
dicimus quod concludit illa minor de causa formali
materiali non de mathematica. ¶ Sol. 15. & dici- Solutio 15.
mus quod subiectum est duplex 2. de ani. 4. Auer. uel
in actu uel in potentia, tunc dicimus quod maior intel-
ligitur sic 1. illud quod adest & abest præter subie
cti in actu existentis, est accidens, modo & si forma
adest & abest præter subiecti cor. tamē illud subie
ctum non est in actu sed in potentia ut materia pri
ma & sic forma non est accidens sed substātia, et
medium in demonst. ¶ Sed materia prima est su- Rep.
biectum per se existens 7. met. 8. ergo est subie-
ctum in actu, ergo forma quæ est in materia pri-
ma est accidens ergo non erit medium. ¶ Solut. Solutio.
quando d. Auer. quod materia prima est per se
existens intelligitur sic 1. materia prima est ens
per se existens 1. ens absolutum differens a for-
ma, non existens per se ut est substantia prima.
¶ Vel aliter dicendum quod materia prima est e- Alia Sol.
xistens per se in potentia non in actu. ¶ Sol. 16. Solutio 16.
& ad prob. consequentiæ. R. quod non est impossi
bile in uno plures esse formas, tamen unam substā
tialē alias accidentales: ueluti in syllogismo mediū
est forma substantialis, conclusio, quæ non est for-
ma sed quasi forma 2. phy. 32. & forma termino
rum, i. syllogismus, & affirmare & negare sunt for

ma

Solutio 17. mæ accidentales, & sic non tenet ratio. ¶ Sol. 17. negando minorẽ & ad prob. dicimus ꝙ forma duplex 2. phy. 28. uel uniuersalis & cõmunis ut est genus, uel propria, & particularis. Vnde R. ꝙ ratio cõcludit de forma cõmuni, non de forma propria, quæ est medium in dem. ¶ Sol. 18. ad prob.
Solutio 18. minoris. R. ꝙ forma est duplex, quædam materialis, quæ est ignota ratione materiæ, q̃ de se est ignota 7. met. 35. quæ forma ignota non potest sciri nisi uia signi a post. 2. de an. 12. 33. 1. phy. 2. 57. 7. met. 10. 3. cæli 61. nulla uia est in cognitione talium definitionum cũ fuerint ignotæ nisi a post. 2. post. 20. 12. met. 14. 3. cęli ultimo, in 6. disp. in sol. 1. dub. quędam uero est forma mathem. a materia abstracta, q̃ est nota nobis, & naturæ 1. post. 101. tunc dicimus ꝙ forma est ignota, quæ est materialis nõ forma mat. quæ est nota nobis, & naturæ & medium in dem. simp. ¶ Sed dices contra. Auer. Replica.
enim 2. post. 42. & in c. de diff. ait ꝙ quãdo forma est ignota, & in 8. quæsi. ipsam demonstramus per causam efficientem. ex quibus sumitur ꝙ forma nõ demonstratur a post. sed a priori et per dem. simp.
¶ Sol. & not. ꝙ forma duplex, uel substantialis & Solutio.
hæc demonstratur a post. uia signi, uel accidẽtalis, ut est priuatio eclipsis, quæ licet sit quiditas in genere suo, tamen est accidens, & hæc demonstratur per dem. simp. nempe per causam efficientem.
¶ Sol. 19. & dicimus ad prob. minoris dicimus ꝙ Solutio. 19.
substantia prima duplex, uel simplex, uel composita, tũc dicitur ꝙ forma est substantia prima simplex non composita, & sic forma erit medium in dem. simp. & non aliud genus causæ.

FINIS QVINTI QVAESITI.

QVAESITVM SEXTVM,

AN MEDIVM SIT CAVSA MAIORIS, VEL MINORIS.

T quoniam medium in dem. simp. est causa, operæpretium est determinare cuius est causa, cum causa sit relatiua ad id cuius est causa, nihil. n. potest causare seipsum in libro de motu ani. c. 3. Arist. nec potest mouere, nec generare seipsum. Si medium est causa oportet, ut alterius sit causa, sed quia in dem. præter medium nil est nisi maius extremũ & minus extremũ, cũ oĩs dem. sit syllogismus, qui fit ex tribus terminis 1. post. 26. 76. 57. 134. 1. priorum in c. de 1. 2. & 3. fig. cuius nam est causa, non sui ipsius, ergo alterius, & si alterius nõ nisi alicuius extremi uel utriusque, cuiusnam extremi est causa an maioris an minoris an utriusque. In hoc quæsito derelictis omnium expositorum dictis tantum cum Arist. & Auer. ueritatẽ determinabimus, quæ erit dissolutio omnium rationũ, quæ contra fieri possẽt, quæ ueritas est talis, mediũ in dem. simp. est causa primo & per se necessario maioris, minoris uero ob melius ad bene esse, et p accidens quam conclusionem ueram esse dem. rationibus et
1. Ratio *Arist. sententijs a nobis probatur. ¶ Illius causa debet esse medium in dem. simp. quod quæritur sci-monstratur de nube per extinctionem ignis in nube & non per causam nubis, & eclipsis demonstratur de luna per causam eclipsis non per causam lunæ ut d. Auer. in c. de diffi. & in 8. quæsi. post. ergo Sole clarius relinquitur mediũ in dem. esse causam maioris non minoris & qui hoc negat Ar. negat. ¶ P. Arist. 1. post. 9. asserit ꝙ principia dem.* 3. Ratio.
cum illis conditionibus sunt propria eius quod demonstratur, sed quod demonstratur est maior extremitas, ergo principia dem. sunt propria maioris extremitatis. ¶ P. Arist. 1. post. 69. ait sic, ꝙ nõ est 4. Ratio.
demõstrare simpliciter unumquodq; nisi ex uniuscuiusq; principijs, sed quod demonstratur est maior extremitas ergo medium debet esse principiũ & causa maioris non minoris. ¶ P. Ar. 1. post. 68. 5. Ratio.
d. unumquodq; aũt scimus non secundũ accidens: quando secundũ illud cognoscamus, secundũ ꝙ inest ex principijs illius, ut duobus rectis equales habere, ecce quid clarius cum ly duobus rectis habere sit passio trianguli & demonstratur de triangulo per principia huius pass. maioris extremitatis nõ 6. Ratio.
minoris. ¶ Amplius Arist. 2. post. 95. ait ꝙ medium in dem. est ratio extremi, & non determina-

esse causam maioris extremi, hoc est essendi ipsum maius secundum se, si uero est causa amborum extremorũ, hoc est maioris et minoris est quid accidés illi: Ideoque iniquum est ꝙ putetur esse de conditionibus demon. simp. ꝙ medius terminus sit amborum extremorum causa, illum autem esse solum causam minoris non occurrit omnino, quæ omnia dicta ab Auer. suo uero interprete cõfirmans Ar. 1. de an. tex. 11. d. hæc aurea uerba ad nostrum propositum, uidetur autem non solum ipsum quid est cognoscere utile esse ad cognoscendas causas accidentium q. d. Arist. ꝙ ipsum quid subiecti. i. definitio subiecti, ut subiecti non est necessarium ad cognoscenda accidentia, sed est utile ad bene esse secundum quid sed est necessariũ ut sit causa prædicati maioris extremi, hinc ualeant omnes oppositum defendentes, semper cum Arist. & Auer. dicamus medium in demon. esse causam maioris primo & per se minoris uero per accidens, & ad bene esse. ex qua determinatione possunt solui omnes calumniãtium calumniæ, si ergo Arist. in hac re pro nobis & Auer. quis nam erit contra nos.

Notandum. ¶ Sed notandum ꝙ medium in aliquibus demon. simp. aliquando est causa maioris & minoris tamẽ maioris per se minoris aliquo modo ad bene esse et per accidens, ut sunt omnes passiones, quæ fluunt a principiis subiecti, ut est risibilitas, quæ fluit a rationalitate, quæ rationalitas est principium a quo fluit risibilitas rationalitas est principium a quo fluit risibilitas rationalitas est medium mi noris sed in dem. respicimus ad hoc solum ut sciamus risibilitatem per rationalitatem tanquàm per causam si postea reperitur ꝙ illa causa, sit causa minoris, hoc est per accidens, & non requiritur ad demon. in aliquibus autem medium in dem. solum est causa maioris, & nullo pacto minoris, ut interpositio terræ est solum causa maioris .i. eclipsis & nullo pacto ipsius lunæ minoris, ut v. g. Interpositio est eclipsis in luna sit interpositio ergo in luna sit eclipsis, & sic potest assignari ꝙ duplex est demonst. simp. alia in qua medium est causa maioris solum & nullo modo minoris, ut est in rebus transeuntibus ueluti est eclipsis. Alia uero in qua medium est causa per se maioris, & secundum quid minoris, ut est in rebus permanentibus, in quibus medium est forma in transeuntibus uero medium est efficiens, & nota hæc candide lector. ¶ Sed dubitatur, nam si medium in demon. esset causa maioris, tunc sequeretur præd. innaturalem ingredi demon. quod est contra Auer. in epit. log. c. de dem. Dubitatio.

Solutio. ¶ Sol. reiectis aliorum solutionibus dicimus ꝙ definitio & definitum sunt idem 1. phy. 5. 7. met. 40. unde id quod naturaliter prædicatur de definito naturaliter prædicatur de definitione, ut si dicimus, homo est risibilis sic naturaliter dicimus animal rationale est risibile, dummodo ly animal rationale tenet locum hominis, ex quo dicimus ꝙ si medium est in demonst. est causa tamen respectu prædicati non sumitur, ut definitio, & causa, sed ut tenet locũ subiecti de quo subiecto naturaliter maius extremum prædicatur est etiam causa, ut causat & facit scientiã de cõclusione mos. n. est Arist. sumere differentiam pro specie, ut patet, in præd. cap. de simul, quando d. aquatile est animal, hæc est uerissima solutio. ¶ Vel dicendum ꝙ prædicatio innaturalis est Duplex aliã secundum rem, alia secundum modum dicendum ꝙ prædicatio in naturalis secundum modum nõ secundum rem ingreditur demon. Al. Solutio.

Dubitatio. ¶ Sed dices prædicata, quæ sunt in secundo modo dicendi per se ingrediuntur demonstr. 1. poster. 35. 153. sed quæ sunt in 2. modo sunt præd. innaturalia, ut risibilitas est aptitudo hominis ergo præd. innaturalia ingreditur dem.

Solutio. ¶ Sol. non solum requiritur, ut prædicata ingredientia demon. sint per se sed ꝙ sint naturalia, unde licet hæc propositio, risibilitas est aptitudo hominis sit per se tamen quando conuertitur, ut homo est risibilis tunc est per se, & naturalis, & sic ingreditur demon. hæc ergo est quæsiti determinatio, quæ ut uides omnem contradictionem excludit omnemque difficultatem absoluit, in qua habes quomodo causa nõ definitio sit medium, in demon. simp. quomodo materia, quomodo finis & efficiens, atque ipsa forma, & eius est causa, maioris uel minoris pro medio defendantur, in doctrina peripatetica.

LAVS DEO.